
The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

OTTONIS DE SANCTO BLASIO CHRONICA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1912.

OTTONIS
DE SANCTO BLASIO
CHRONICA.

EDIDIT

ADOLFUS HOFMEISTER.

ACCEDUNT EX CHRONICA UNIVERSALI
TURICENSI EXCERPTA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1912.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:



PRAEFATIO.

§ 1. De auctore Chronicae.

Chronica, quam hic edimus, Chronicae Ottonis Frisingensis in iis codicibus recensionis C Welfice interpolatae, quos in Ottone Frisingensi edendo C 3 *et C* 4 *signavimus, ita subiuncta est, ut libri septimi capitibus posterioribus hic illic mutatis, transpositis, decurtatis, post c.* 33 *(numeratum* 28. *vel* 26[1]*) ad sua auctor continuo sub capitum numeris* 29 — 80 *(vel* 28[1] — 79*) transiret, vix ulla distinctione facta. Quam continuationem in Swevia scriptam esse, cum multa diligenter et diserte hanc regionem spectantia in ea posita inveniantur*[2]*, viros doctos non fugit, neque ullum dubio locum esse, quin ad S. Blasii in Nigra Silva monasterium potissimum pertineat, inde, quod c.* 4. *Conradus III. rex a.* 1152. *Friburgi hospitatus esse dicitur, quippe quo loco a.* 1152. *Ian.* 12. *diplomate dato Sanblasianis praeposituram Ochsenhausen confirmavit*[3]*, P. Scheffer-Boichorst sagaciter evicit*[4].

1) *Scilicet in codice* 2, *ubi numerus* 27 *deest.* 2) *Cf. ex gr. c.* 21, *p.* 29 *sq.:* Preter hec multorum nobilium, qui heredibus carebant, predia donatione vel precio acquisivit, utpote . . . . . . multorumque aliorum in aliis regionibus, que nobis incerta sunt. Hec enim in sola Almannia acquisierat; *Thomae, 'Die Chronik des Otto von St. Blasien' p.* 5 *sqq.; c.* 30, *p.* 43, *l.* 9 *sqq., de milite Hierosolymis strenue agente, quem Swevum fuisse alibi accepimus.* 3) *Stumpf, 'Reichskanzler' II, nr.* 3598. *De monasterio S. Blasii cf. F. X. Kraus, 'Die Kunstdenkmäler des Grossherzogtums Baden' III. 'Kreis Waldshut', Freiburg i. B.* 1892, *p.* 68 *sqq.; P. Lindner, Monasticon metropolis Salzburgensis antiquae, Salzburg (Kempten)* 1908, *p.* 511 *sqq.; I. Enderle, 'Studien über den Besitz des Klosters St. Blasien von den Anfängen bis zum* 14. *Jh.', dissert. Freiburg i. B.* 1909. *De monasterio Ochsenhausen cf. H. Hirsch, 'Studien über die Privilegien süddeutscher Klöster des* 11. *und* 12. *Jh.', 'Mitteilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforschung', 'Erg.-B.' VII, p.* 555 *sqq.* 4) *'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XI, p.* 488, *n.* 5. *ad p.* 487.

Auctor Otto monachus quidam de S. Blasio fuit. Cuius nomen codicum nullus nisi 2 *servavit*[1]. *Quod testimonium per se minime spernendum auctoritate Naucleri confirmatur, ex quo iam pridem auctoris nomen a posterioribus interdum non bene in dubium vocatum Urstisius eruit*[2]. *Nam Nauclerus, cum non pauca vel ex ipso Chronicae autographo vel ex eius apographo satis diligenter facto et ab iis, quae exstant, diverso desumpsisset, haec interdum expressis verbis Ottoni de S. Blasio adscripsit*[3]*:* ut scribit Otho de sancto Blasio[4] *(l. II, generatio* 39*);* Haec Otho de S. Blasio in continuatione chronicae Othonis Frising.[5] *(ib.);* Idem scribit Otho de sancto Blasio in supplemento Chronicę Othonis Frisingensis[6] *(gen.* 40*);* ut refert Otho de S. Blasio[7] *(ib.);* haec Otho de S. Blasio[8] *(ib.).*

Auctorem medio aevo a paucis adhibitum[9] *et Casparo I. Molitoris abbati S. Blasii ex Nauclero, ut videtur, obiter cognitum*[10] *posteriores S. Blasii viri litterati iusta causa non suadente eundem atque Ottonem I. abbatem a.* 1222. *electum, a.* 1223. *Iul.* 21.[11] *mortuum fuisse putaverunt*[12]. *Neque enim quicquam de eo nisi nomen in codice* 2 *et apud Naucleram servatum constat.*

1) *Infra p.* 3, *n.*; p.* 88, *n.*.* 2) *In praefatione editionis principis, Germ. hist. ill. I (*1585*), p.* 196. 3) *'Memorabilium omnis aetatis et omnium gentium chronici commentarii', Tubingae, opera Thomae Anshelmi Badensis,* 1516, *fo.* 190v. 191r. 201v. 203r. 203v. *Cf. infra p. XVIII. Haec cave ne confundas cum* Chronica S. Blasii, *(vel* ad S. Blasium*) quam Nauclerus ad a.* 1360. 1372. *in partes vocat (l. II, gen.* 46, *fo.* 257r. 259r*), de qua cf. Th. F. A. Wichert, 'Iacob von Mainz und das Geschichtswerk des Mathias von Neuenburg', Königsberg* 1881, *p.* 236 *sqq.* 311 *sqq.* 4) *Ex c.* 18. 19, *infra p.* 22, *l.* 10 *sq.* 5) *De clade Romanorum Tusculana, c.* 20. 6) *De nuptiis Heinrici VI. a.* 1186, *c.* 28. 7) *Ex c.* 38, *p.* 59, *l.* 1—3. 8) *Ex c.* 41, *p.* 66, *l.* 7. 9) *Infra p. XVI sq.* 10) *Cf. infra p. XVIII.* 11) *Ita,* XII. kal. Aug., *Ann. necrol. S. Blasii, MG. Necrol. I, p.* 330, *et titulus sepulcralis in Caspari abbatis Libro originum (cod. S. Pauli) f.* 197r, *sed* 12. kal. Iunii *Caspar abbas in textu suo ibidem (et ita etiam in titulo sepulcrali codex Karlsruh.); ad d. XI. Kl. Aug. 'Marie Magdalenae', Liber Annalium (Anniversariorum) saec. XVI. sub Casparo abbate scriptus (cod. S. Pauli membr. XXV. c.* 33, *f.* 35v*);* X. Kal. Augusti *M. Gerbert, Hist. Nigrae Silvae II, p.* 50. *et Ussermann, Germaniae sacrae prodromus II, p.* 449. 12) *Ex. gr. Stanislaus Wülberz, S. Blasii archivarius († a.* 1755*), in Analectis ad historiam San-Blasianam t. I etc., cf. F. I. Mone, 'Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte' I, p.* (68); *M. Gerbert, Hist. Nigrae Silvae II, p.* 50; *Ussermann, Germ. sacrae prodr. II, p.* 449. *Quos moderni secuti sunt, velut Chr. F. Stälin ('Wirtembergische Geschichte' II,* 1847, *p.* 9*), Böhmer, Wilmans, Wattenbach, Thomae, Kohl, F. X. Kraus, Giesebrecht, Schulte (apud Wetzer et Welte, 'Kirchen-

Nec maiore iure iidem Ottoni I. abbati alium librum tribuerunt, quem sub Ottonis a Sancto Blasio nomine ex Io. Heroldi auctoritate Urstisius attulit et e codice quodam Vindobonensi chartaceo bibliothecae Caesareae a se exscriptum et domi cum membranaceo, forte autographo codice, qui in incendio monasterii a. 1768. *periit*[1], *collatum esse Gerbertus tradit*[2]. *De quo Urstisius l. c. haec habet:* Eundem porro Sanblasianum et alia quaedam elucubrasse, Io. Heroldum, civem Basiliensem *φιλάρχαιον,* testem producere possum, qui in epistola quadam ad Casparem primum S. Blasii abbatem scripta, et in neglecta multarum chartarum farragine abs me reperta, sic scribit: 'Pervenit ad manus nostras liber, hoc titulo: *Ottonis a sancto Blasio Chronica prima.* Libri series omnes sacrae historiae genealogias, ad Timotheum Titumque Pauli discipulos usque figuris pulchre distinguit. Opus sane et elegans et non contemnendum. Exordium eius sic sonat: *Considerans historiae sacrae prolixitatem, necnon et difficultatem*[3], etc.'. *Cuius libri apographum Ussermannus etiam in monasterio S. Blasii vidit, sed, cum figuris ut plurimum constaret, chronicam aeri incisam sistere operae pretii non putavit*[4].

Cum de codicibus 'Chronicae primae' certius nihil eruere potuerimus, in dubio relinquamus oportet, utrum nostri Ottonis an alterius eiusdem nominis monachi opus fuerit. Certe alius Otto, nisi error et confusio quaedam nominis intercedit, fuit, quem ab incarnatione Domini usque ad a. 1332. *pauca litteris mandasse Caspar I. abbas*[5] *eumque secuti Gerbertus*[6] *et alii tradunt.*

lexikon', ed. 2, *IX, col.* 1183*), H. Hurter (Nomenclator literarius theologiae catholicae II, p.* 127*); paululum dubitanter Gundlach. Non vidi (Columbani Reglin) Librum originum monasterii S. Blasii in Sylva nigra, Waldshut, Ioh. Bapt. Walpart,* 1716.

1) *'quo continebatur D. Ottonis a S. Blasio chronica I. omnes sacrae historiae genealogias figuris ab origine orbis usque ad Timotheum et Titum Pauli discipulos continua serie distinguens', Gerbert., Hist. Nigrae Silvae II, p.* 152. 2) *Hist. Nigrae Silvae II, p.* 50. 3) *Quae cum ad verbum cum Petri Pictaviensis Epitoma historiae sacrae convenire videret, Wattenbach Ottonis librum inde abbreviatum esse coniecit, in praefatione ad translationem Horstii Kohl p. VII, n.* 1. 4) *Germ. sacrae prodr. II, p.* 451. 5) *Cf. F. I. Mone, 'Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte' I, p.* (75). *II, p.* 56. 6) *Hist. Nigrae Silvae II (*1788*), p.* 152, *qui talem Ottonis librum 'iam deperditum' desiderari adnotavit, cf. etiam I (*1783*), p.* 185.

§ 2. De eruditione auctoris et fontibus et ratione Chronicae.

Auctorem in litteris praecipue theologicis adprime eruditum fuisse probant ea, quae de causa Gilberti Pictaviensis Bernhardum Clarevallensem secutus[1] *deque celeberrimis saeculi XII. et XIII. ineuntis magistris Parisius, ubi et ipsum nostrum studio vacasse forsitan conicere liceat, legentibus exposuit*[2]*, quae ad historiam, ut ita dicam, litterarum enucleandam non parvi momenti sunt. Quae quicumque diligenter reputaverit, Ottoni nostro libros Petri Lombardi et Petri Manducatoris, Petri cantoris, Alani, Prepositini, Humberti quoque Mediolanensis, de quo nostrae aetatis auctores tacent, tritos fuisse non negabit. Bernhardi Clarevallensis in Cantica sermones ipse diserte in partes vocavit*[3] *nec minus expresse ad Gesta Friderici, quorum partem a Rahewino conscriptam sub Ottonis Frisingensis nomine laudavit*[4]*, lectorem remisit, quae in breve compendium non sine magnis et mirandis erroribus redacta primae libri sui partis, idest capitum* 1—11. 14[5]*, fundamentum fecit. Ad Ottonis Frisingensis Chronicam non semel respexit*[6].

Sed quibus auctoribus nisus ea quae sequuntur ab anno circiter 1160. *incipiens rettulerit, adhuc incompertum est. Neque enim iis assentiendum esse puto, qui nostrum eodem, quo et Annales imperiales Argentinenses (in Annalibus q. d. Marbacensibus servati) libro usum esse coniecerunt*[7] *neque*

1) *c.* 4, *p.* 5; *cf. c.* 2, *p.* 4. *de Abaelardo.* 2) *c.* 12, *p.* 13 *sq.; c.* 40, *p.* 64 *sq.* 3) *c.* 4, *p.* 5. 4) *c.* 13, *p.* 14: sicut in Gestis Friderici imperatoris ab Ottone Frisingensi episcopo plenarie describitur. *Recensione B noster usus esse videtur. Nam et ea quae in recensione A (A*) desunt, habuisse (cf. c.* 11, *p.* 12. *et G. Frid. III,* 47; *c.* 9. *et G. Frid. III,* 20, *p.* 191, *n.* **; *c.* 13. *et G. Frid. IV,* 60 *sqq.) et a recensione C recedere (cf. c.* 8, *p.* 9, *l.* 22: ipso gladio evaginato; *G. Frid. III,* 10, *p.* 177, *l.* 26, *ed. B. de Simson:* [prope *C*] exerto gladio*) videtur; cf. B. de Simson, 'N. Archiv' XXXVI, p.* 712, *n.* 5. *Cum c.* 20, *p.* 26. *fortasse conferri potest Appendix ad Rahewinum, in solis codicibus B* 1. *B* servata, a.* 1168, *p.* 349 *sq.* 5) *Cf. etiam c.* 15. 16. *Vincentii Pragensis Annales eum vidisse vix quisquam serio contendet; cf. c.* 11. 14. 6) *Ex. gr. c.* 26, *p.* 37, *l.* 20 *sq.; c.* 28, *p.* 39; *c.* 29, *p.* 41, *l.* 6 *sqq.; c.* 37, *p.* 56; *cf. etiam c.* 20, *p.* 27, *l.* 1 *sq.:* Mediolanenses . . . mutatione rerum animati; *c.* 41, *p.* 65 *sq.; c.* 31, *p.* 44, *l.* 20 *sq. (Otto Fris. Chron. VII,* 34, *p.* 367, *l.* 21 *sq.); c.* 16, *p.* 20, *l.* 2 *sq.:* desolatam sua presencia Germaniam *(Ottonis Fris. Chron. VII,* 29, *p.* 355, *n.* 6; *G. Frid. II,* 43, *p.* 151, *l.* 22 *sqq. II,* 51, *p.* 158*).* 7) *Thomae p.* 16 *sq.; Giesebrecht, 'Gesch. der dt. Kaiserzeit' VI, p.* 294; *F. Graef, 'Die Gründung Alessandrias', dissert. Berlin* 1887, *inter*

eum historias Welficas Weingartenses[1] *adhibuisse pro certo statuerim, quamquam esse non abnuo, quae, ut has nostro, etsi certe non admodum expilatas, tamen cognitas fuisse credamus, adducere nos possint*[2]. *Cui opinioni forsitan suffragari videatur, quod noster Ottonis Frisingensis exemplar Welfice alteratum, quod in monasterio Weingartensi vel Zwifaltensi factum esse putamus, habuit*[3].

Sed ut paucis hic summam rei absolvam, nullam continuam narrationem scriptam deficiente Rahewino nostro praesto fuisse apud me constat, immo praeter breves fortasse notas vel notulas hic illic libris Sanblasianis vel alterius affinis ecclesiae adspersis, quales ex. gr. Annales S. Blasii et Engelbergenses[4] *et Annales S. Georgii in Nigra Silva habemus*[5], *iam de Friderici I. rebus gestis*[6] *non semel ea potissimum in usus suos convertit, quae ab iis, qui ipsis rebus interfuerunt, vel ipse audivit vel ab aliis audita accepit. Inter quos ministeriales et nobiles Alemanniae cum imperatoribus Staufensibus Alpes indesinenter transgressos*

theses in fine annexas. Contra quos cf. H. Kohl in praefatione translationis p. IX; W. Gundlach, 'Heldenlieder' III, p. 316, *n.* 1; *H. Bloch, 'Die elsässischen Annalen der Stauferzeit' p.* 126 *sqq.*

1) *Historiam Welforum Weingartensem cum continuatione Staingademensi et ex Chronicorum Hugonis (codicis* 2*) et Honorii continuationibus Weingartensibus (ed. L. Weiland, MG. SS. XXI) praecipue Hugonis continuationem codicis* 2. 2) *Cf. ex. gr. c.* 21, *p.* 30 *sq. (cf. c.* 32 *in.): Hug. cont. cod.* 2, *SS. XXI, p.* 478, *l.* 34 *sqq.; c.* 24, *p.* 36, *l.* 13 *sqq.: Hug. cont., p.* 475, *l.* 17 *sq.; c.* 30, *p.* 42, *l.* 27 *sqq.: Hug. cont., p.* 475, *l.* 23 *sq.; c.* 44, *p.* 70, *l.* 18 *sqq.: Hug. cont. cod.* 2, *p.* 479, *l.* 19 *sqq.* 3) *Cf. praefationem meam in Ottonis Frisingensis Chronicam, Hannoverae et Lipsiae* 1912 *(SS. rerum Germanicarum), p. XXII.* 4) *De quibus cf. H. Bresslau, 'N. Archiv' XXVII, p.* 131, *n.* 6. 5) *Quibuscum noster convenit ex. gr. c.* 7, *p.* 7, *l.* 26 *(A. Engelb. a.* 1155: F. rex imperator efficitur, et Romanorum plures in bello occiduntur*); c.* 13 *in., p.* 14, *c.* 18 *in., p.* 20, *c.* 21 *in., p.* 28 *(A. Engelb. a.* 1159*); c.* 21, *p.* 31, *l.* 3—4 *(A. Engelb. a.* 1181: filium suum Heinricum natu maiorem *etc.; A. S. Georgii a.* 1184: Heinricus vero eorum aetate maior*); cf. etiam c.* 24 *in., p.* 35 *(A. Engelb., S. Georgii a.* 1179*); c.* 24, *p.* 36, *l.* 2 *(A. S. Georgii a.* 1178*); c.* 35, *p.* 51, *l.* 18 *sqq. (A. Engelb. a.* 1187*); econtra c.* 35, *p.* 52, *l.* 4—6. *aliter atque A. Engelb. a.* 1187, *SS. XVII, p.* 280. *traditur. Quos ex parte saltem ei innotuisse iam affirmare vix temerarium videtur. Sed in c.* 23, *p.* 33 *sq. librum aliquem scriptum adhibitum esse I. Haller, 'Archiv für Urkundenforschung' III (*1911*), p.* 316 *sqq. probasse mihi non videtur.* 6) *Huc referre non dubito c.* 20. *de rebus Romae a.* 1167. *gestis, etsi interdum a vero quam maxime recedens et rhetorice veteris cuiusdam scriptoris imitatione plus recto exornatum. Cf. etiam de prima Mediolani deditione a.* 1158, *c.* 11, *p.* 12 *sq.*

primos fuisse vix est, quod expresse dicatur. Quo factum est, ut de rebus in Italia gestis multa haud parvi pretii hic posita inveniantur[1]. *De Heinrici VI. bellis in Apulia et Sicilia gestis quae exposuit, nonnulla optime enarrans, plura foedissime confundens, multa praepostera tradens, inter cetera*[2] *relatione hominis cuiusdam comperisse videtur, qui a.* 1196. *cruce accepta in Italiam migravit et, postquam cum Heinrico marscalco de Kalden prope Cataniam apud Paternonem rebelles Siculos mense Maio vel Iunio a.* 1197. *prostravit, in Terram Sanctam profectus fortasse, cum reverteretur, mortuo imperatore, ab Apulis vel Siculis mala passus est*[3].

Epistolis quoque interdum usus esse potest, velut Fulconis de Novilleio presbyteri gesta c. a. 1195—1202. *ex epistola quam Bertoldus de Usenberg Heinrico de Veringen custodi, postea (a.* 1202.*) episcopo Argentinensi misit, fusius exposuit*[4]. *Nec minus cartas etiam vel diplomata in usus suos convertisse videtur*[5].

Ceterum nonnulla ad Constantiam[6] *et Coloniam*[7] *aliquo modo redire ut negari, ita accuratius diffiniri non po-*

1) *Huc etiam spectat illud c.* 11, *p.* 12, *l.* 2 *sq.:* de cuius nomine dicitur adhuc Wernheri markia. 2) *Etiam de ingressu Panormitanae urbis a.* 1194. *facto ab iis qui interfuerunt Otto certior factus esse videtur, c.* 40, *imprimis p.* 62, *l.* 28—*p.* 63, *l.* 1. 3) *c.* 42, *p.* 68. *de odio Transmarinorum in peregrinos a.* 1197: sicut ab his, qui eidem expedicioni interfuerunt, audivimus, *et post pauca:* Heinrico rege eorum, ut fertur, in id ipsum consenciente, *et p.* 69. *de morte eiusdem Heinrici:* ut fertur, *et antea p.* 67. *de inani castri Toron obsidione:* Nam, sicut fertur, quidam de militibus Templi a paganis corrupti peccunia. *Cf. c.* 39, *p.* 60 *(cf. etiam infra p. XIV, l.* 1—4*); c.* 45, *p.* 72. 4) *c.* 47, *p.* 76: Igitur pauca de pluribus, sicut Bertoldus de Ősinberc Hainrico custodi Argentinensis ecclesie de Veringin, postea eiusdem ecclesie episcopo, transcripsit, qui his interfuit, in medium producentes declarabimus, *et supra p.* 75: ut veraci relatione comperimus, *p.* 76: sicut percepimus ab his, qui interfuerunt. *Argentinae Sanblasiani a.* 1211. *curiam habuerunt, Enderle, 'Studien über den Besitz des Klosters St. Blasien' p.* 66, *et saeculo XII. exeunte Arnoldus de Argentina* unus ex senioribus nostris *inter fratres vita et moribus illustres invenitur in Libro constructionis monasterii ad s. Blasium III,* 13, *F. I. Mone, 'Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte' IV,* 1, *p.* 111. 5) *Cf. ex. gr. supra p. VII, l.* 14 *sqq.; c.* 28, *p.* 40, *l.* 5 *sqq. de curia Mediolanensi a.* 1186 (amnestia . . . in eternum mansura stabilitur); *fortasse etiam c.* 40, *p.* 62, *l.* 28—*p.* 63, *l.* 1. 6) *c.* 7, *p.* 7, *l.* 32 *sq.; c.* 10, *p.* 10; *c.* 27, *p.* 39; *c.* 44, *p.* 71. 7) *c.* 7, *p.* 7, *l.* 32; *c.* 16, *p.* 19, *de Tribus Magis, qui* incorrupti et quasi adhuc vivi in singulis de precioso metallo sarcophagis in eadem ecclesia actenus reservantur *(cum his cf. Ann. Isingrimi mai. a.* 1160, *SS. XVII, p.* 314, *l.* 37 *sq.:* quorum corpora adhuc, ut ipse,

test, nisi quod ex relatione scripta hausta esse vix videntur. Quem auctorem secutus Friderici I. expeditionem Hierosolymitanam descripserit, non constat[1]. *A contribulibus qui interfuerunt de hac aliisque rebus in Terra Sancta gestis non pauca accepisse*[2], *imprimis de Acconitanae civitatis diuturna obsidione et tandem expugnatione et de Richardo I. rege Anglorum Leopoldoque VI. duce Austriae*[3], *de quibus etiam fama celeberrima docente certior fieri potuit, peculiaris traditio ei suppetiisse videtur*[4]. *De Constantinopolitana civitate a.* 1204.[5] *capta a Martino abbate Pairisiensi Alsatiae vel eius comitibus obiter edoctus fuisse videtur; sed Guntheri Historiam Constantinopolitanam adhibitam esse A. Pannenborg perperam contendit*[6]. *De Conrado cancellario, episcopo Wirziburgensi a.* 1202. *peculiare quoddam audivit*[7]. *Curiis Augustensi et Wirziburgensi a.* 1209. *Ianuario et Maio ab Ottone IV. tunc rege habitis auctorem ipsum vel potius abbatem eius interfuisse putaverim*[8]. *De itinere Ottonis Italico ea magis, quae ante susceptum iter rex se gesturum esse pronunciaverat, quam quae re vera gessit, referre videtur*[9].

Quibus ipse auctor rebus interfuerit quosve homines vel quae loca ipse viderit[10], *vix certo modo definiri potest. Sed recordari libet posteriore saeculi XII. parte inter fratres S. Blasii versatum fuisse Iringum, qui omnes paene orientis et occidentis terras et insulas circumierat et inter cetera etiam* Siciliae saepe urbes Catinam et Syracusam sanctarum

dum venissem Coloniam, aspexi, integra, utpote balsamo condita*)*; *c.* 31, *p.* 45; *c.* 33, *p.* 48, *l.* 4. *Cf. etiam c.* 20, *p.* 26, *n.* 1, *et alibi, ubi noster cum Chronica regia Coloniensi, quam eum vidisse nemo contendet, convenit.*

1) *Ipsum itineri interfuisse ex c.* 34, *p.* 49, *l.* 28: nostris equo Marte eis congredi cupientibus *non efficitur. Paucis, quibus ad Historiam q. d. Peregrinorum propius accedit, locis nihil evincitur; cf. ex. gr. c.* 31, *p.* 45, *l.* 4 *sqq., et Hist. Peregr. p.* 54 *(*504*)*: Imperator . . . edicto prohibuit, ut nemo pedes, nemo usibus armorum minus idoneus, nullus etiam, qui ad minus in biennium sumptus itineris habere non posset, peregrinationis viam secum arriperet, quoniam ad tam laboriosam expeditionem magis impedire quam expedire vulgus imbelle et debile consuevit. 2) *Cf. ex. gr. c.* 30, *p.* 43, *l.* 9 *sqq. (supra p. VII, n.* 2*).* 3) *Cf. etiam infra p. XV, n.* 4. 4) *c.* 36, *cf. c.* 38. *Nota Pisanorum non semel in hac re operam laudari; c.* 33, *p.* 48, *l.* 9; *c.* 36, *p.* 53, *l.* 19. 5) *Quod anno* 1205. *tribuit (c.* 49*), quo anno Martinus abbas Pairisiensis in patriam rediit.* 6) *'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XIII, p.* 330 *sq. Cui suo iure restitit Thomae p.* 23 *sqq. Cf. infra p. XIV, n.* 3 *fin.* 7) *c.* 42, *maxime p.* 68. 8) *c.* 50, *p.* 83 *sq.; c.* 51, *p.* 85 *sq.* 9) *c.* 52. 10) *De Parisiensi, Coloniensi civitatibus ex. gr. cogitari potest; cf. supra p. X. XII, n.* 7.

Agathae et Luciae sepulchris insignes visitavit[1]. *Cuius S. Agathae ecclesiae Catinensis a.* 1197. *propter rebellionem civium et episcopi igni traditae etiam noster diserte mentionem facit*[2].

Ea, quae noster aut solus aut aliter ac ceteri tradit, ut in adnotationibus, utrum recte an perperam dicta essent, quam brevissime explicarem[3], *nec minus, ubi in temporum computatione erratum esset, ut ostenderem, studui. De auctoris librique indole in universum bene b. m. R. Wilmans ita egit: 'Res inter sacerdotium et imperium gestas laudanda integritate refert, neque vehementissimum pontificiae partis studium, quo veteres Sanblasiani agebantur, apud Ottonem umquam reperies, econtra ipsum potius ex verbis c.* 22. spretoque in ignominiam cesaris pontifice Calixto[4] *a caesarianorum partibus stetisse coniceres, nisi c.* 23. *eundem a Friderico constitutum antipapam scismaticum appellaret*[5]. *At de Germanico imperio semper magna sensisse videtur*[6]. *In enumerandis annis, quibus singulae res gestae sint, saepissime erravit, ex quo interdum factum est, ut ex falsis computationibus etiam falsa argumentaretur'*[7]. *Sed deficientibus saeculo XII. posteriore et XIII. ineunte uberioribus fontibus liber Ottonis, quem a Staufensium parte stetisse vix est, quod moneam, haud parvi pretii est, etiamsi non semper omnia, quae noverat, litteris mandare ei visum est, sive ne fidem suam incredibilia narrando suspectam redderet*[8], *sive alia quadam causa intercedente*[9]; *cuius narratio, ut iterum*

1) *Liber constructionis mon. ad s. Blasium III,* 21, *Mone, 'Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte' IV,* 1, *p.* 114. 2) *c.* 39, *p.* 60. 3) *Quibus pauca addere libet. P.* 1, *l.* 18. *Adala perperam* imperatricis *nomine insignitur. Ad c.* 7, *p.* 7, *l.* 21. *cf. Epist. Friderici imperatoris ad Ottonem Frisingensem p.* 2, *l.* 6 *sq.:* in valida manu Longobardiam intravimus *(sed cf. p.* 5, *l.* 1 *sq.). P.* 66, *l.* 12 *(c.* 41*) primus Heinrici VI. imperatoris ex Italia reditus a.* 1191. *cum secundo a.* 1195. *confunditur. P.* 81, *l.* 2 *sqq. (c.* 49*) auctor peregrinos a.* 1202—4. *terrestri itinere profectos esse perperam putare videtur.* 4) *P.* 31, *l.* 16. 5) *P.* 34, *l.* 27. 6) *Cf. ex. gr. c.* 15, *p.* 18, *l.* 13 *sqq.; c.* 26, *p.* 37, *l.* 19 *sqq.; c.* 32, *p.* 47, *l.* 25: Romana potencia Germanicaque fortitudine; *c.* 34, *p.* 50, *l.* 25 *sqq.; c.* 35, *p.* 52 *sq.; c.* 36, *p.* 55, *l.* 3 *sqq.; c.* 43; *c.* 45, *p.* 71. *Ut Teutonicos plurimis locis laudibus extulit, ita Anglicam perfidiam (c.* 36, *p.* 55, *l.* 6*) et Graecam astutiam (c.* 32, *p.* 47, *l.* 25; *cf. praeter Rahew. G. Frid. IV,* 20, *p.* 193. *etiam Vergil. Aen. II,* 152: dolis instructus et arte Pelasga; *Iuvenal. sat. X,* 174: Graecia mendax*) detestatus est; cf. etiam c.* 34, *p.* 49, *l.* 21. *de soldano Iconiensi:* barbarus et Scita perfidissimus. *Cf. etiam Thomae p.* 14 *sq.* 7) *Cf. c.* 33. *et* 34. *et saepius.* 8) *c.* 38, *p.* 58, *l.* 26 *sqq.* 9) *De turpi Conradi ducis Sueviae morte tacet, solo facto excepto, c.* 44, *p.* 70, *l.* 19, *cf. c.* 37, *p.* 57.

Wilmansii verbis utar, 'hoc etiam prae se fert, quod stilo satis culto conscripta est'. Elocutionem suam maxime secundum celeberrima exempla hac aetate trita, Hegesippum dico vel Iosephum, Sallustium, alios, in quibus indagandis labor adhuc non inefficax fortasse ponendus erit[1]*, sed etiam secundum ipsum Ottonem Frisingensem et Rahewinum moderatus est, ex quibus ea, quae maxime ad rem facere videbantur, adnotavi.*

§ 3. *Quo tempore Chronica conscripta sit.*

Quo tempore Chronica nostra composita esset, viri docti paululum dubitaverunt. Nam cum Ottonem I. abbatem auctorem fuisse putarent, hunc postremis demum vitae suae annis librum conscripsisse et a. 1223. *morte praeventum usque ad finem non perduxisse quidam coniecerunt*[2]*, cum aliter explicari non posse, cur in a.* 1209. *scribendi finem fecisset, crederent. Cui opinioni, cum Ottonem abbatem auctorem fuisse evinci non posse ostenderimus, omne fundamentum ereptum esse iam patet; quae etiam ex ipsa libri indole commendari vix recte videtur. Neque enim, qui consuetudinem auctoris diligentius spectaverit, ullo modo sibi persuadebit fieri potuisse, ut auctor, si a demum* 1222. *vel* 1223. *Chronicam conscripsisset, Beatricem Ottonis IV. sponsam*[3] *a.* 1212. *immatura morte praereptam esse, Fridericum II. in regem a.* 1212. *sublimatum, a.* 1220. *in imperatorem consecratum imperium stirpi suae revindicasse et maxime Zaeringensium genus, quorum non minus quam Staufensium*[4] *et Welforum saepe mentio fit quique S. Blasii advocati erant, in Bertoldo V. duce a.* 1218. *mortuo exstinctum esse, quo casu monasterii advocatia ad regnum rursus devoluta est, incidenter adnotare neglexisset. Itaque Chronicam, in qua nullius rei, quae post Ottonem IV. imperatorem coronatum evenit, mentio fit, iam a.* 1209. *exeunte vel ineunte a.* 1210, *antequam novum inter papam et imperatorem discrimen oreretur, compositam esse apud nos constat*[5].

1) *Lucanum et Vergilium novit. Cf. etiam Thomae p.* 10 *sq.* 2) *Thomae p.* 9; *H. Kohl in praefatione translationis p. VII; Giesebrecht 'DKZ.' VI, p.* 294. 3) *Cf. praecipue c.* 51. 4) *Etiam duces Austriae, Staufensium consanguinei, saepius commemorantur. De necessitudine, quae inter S. Blasii monasterium et monasteria regionis Orientalis intercesserit, cf. A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III*[3]*, p.* 871. 5) *Ita H. Bloch, 'Die elsässischen Annalen der Stauferzeit' p.* 126. *Quod etiam W. Gundlach, 'Heldenlieder' III, p.* 322. *magis probat. Wattenbach, 'DGQ.' II*[6]*, p.* 285. *rem iniudicatam relinquere videtur.*

Quae certo non per longum temporis spatium paulatim, sed uno, ut ita dicam, calamo perscripta est. Nam c. 3. *post mortem Friderici I. ducis Austriae a.* 1198, *c.* 7 *(p.* 8, *l.* 25*) post mortem Ottonis I. ducis Baioariae a.* 1183, *c.* 10. *et c.* 46. *post mortem Philippi regis a.* 1208, *c.* 24 *(p.* 36, *l.* 11*) post mortem Heinrici Leonis a.* 1195, *c.* 42 *(p.* 67, *l.* 6*) post imperialem Ottonis IV. coronationem a.* 1209 [1], *c.* 45 *(p.* 72, *l.* 15*) complures annos post Heinrici VI. imperatoris mortem scriptum est. Contra c.* 30. [2] *ante Friderici II. expeditionem transmarinam a.* 1228—29. *scriptum esse patet.*

§ 4. *Qui Chronica usi sint.*

Ottonis de S. Blasio Chronica medii aevi temporibus non multum in usu fuit, et nisi in regione Suevica paene incognita fuisse videtur. Si tempora solum spectas, fieri potuit, ut in Annalium Marbacensium postrema retractatione (Neuburgi, si Blochium sequimur) adhiberetur. Cui opinioni cum forte suffragari videatur, quod in illo monasterio codex quidam Ottonis Frisingensis recensionis C exscriptus est [3], *non tam praecise quam Bloch* [4] *restiterim, quamquam certi quicquam diffiniri vix potest. Neque certius ut negari, ita affirmari potest Burchardum Urspergensem* [5] *et S. Galli monachos* [6] *Chronicam nostram legisse ex eaque paucissima*

1) *Et, ut mihi quidem videtur, Ottone IV. superstite († a.* 1218. *Maii* 19*).* 2) *P.* 43, *l.* 23 *sq.:* ipsaque regio iam per multos annos paganis subdita gemit. *Cf. etiam c.* 35 *fin., p.* 53. 3) *Cf. praefationem meam in Ottonis Frisingensis Chronicam p. LII.* 4) *'Die elsässischen Annalen der Stauferzeit' p.* 128. *Quod ratum habuerunt O. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXXIV, p.* 247, *K. Hampe, 'Zeitschr. f. d. Geschichte des Oberrheins' LXIII ('N. F.' XXIV), p.* 357, *in dubium vocavit H. Simonsfeld, 'Histor. Vierteljahrschrift' XII (*1909*), p.* 417. 5) *Ad Ottonem de S. Blasio c.* 33, *p.* 48 *sq. inter cetera referre potueris, quod Urspergensis a.* 1192. *de Tusculo diruto habet, SS. XXIII, p.* 363, *l.* 43 *sq.:* Pro qua re imperatori improperatum est a multis. *Ceterum cf. ex. gr. c.* 18, *p.* 21, *l.* 3 *sqq., et c.* 19 *in.: Chron. Ursperg. a.* 1165, *p.* 355; *c.* 21, *p.* 30 *sq.: Chr. Ursp. a.* 1176, *p.* 358, *l.* 29 *sqq.; c.* 26, *p.* 37 *sq.: Chr. Ursp. a.* 1181, *p.* 358. 6) *Cf. Conradi de Fabaria Contin. casuum S. Galli c.* 9, *ed. G. Meyer von Knonau, 'Mittheilungen zur vaterländischen Geschichte' XVII ('N. F.' VII), St. Gallen* 1879, *p.* 150 *sq. (= c.* 7, *SS. II, p.* 168*):* Unde accidit, ut maiori pro parte principes Suevie Philippum sibi regem, acsi tutorem fratruelis adhuc infra annos degentis, eligerent, in Sicilia sub tutoribus constituti, *et Otto de S. Blasio c.* 45, *p.* 71, *l.* 16, *et p.* 72, *l.* 4 *sq., c.* 46, *p.* 73, *l.* 2 *sqq.; ib. p.* 152: in civitate Babinberch prestolante rege, quoadusque universus colligeretur exercitus, flebothomisatus ibi requievit *etc., et Otto de S. Blasio c.* 50, *p.* 82, *l.* 12 *sqq.; Notae S. Galli*

desumpsisse. Fortasse rectius hi omnes, quos enumeravimus, ex communibus tunc temporis in Suevia vulgatis traditionibus pendere putandi sunt.

Circa medium saeculum XIII. Ottonis Chronica Turegum allata[1] *et paulo post integra fere in Chronicam universalem Turicensem recepta est*[2]. *Eodem fere tempore in vicino S. Trudperti monasterio in Annalibus condendis exscripta est*[3]. *Gobelinum Person in Cosmidromii de colloquio Clavennensi loco celeberrimo*[4] *ad Ottonem nostrum aliquo modo redire*[5] *non cum viris clarissimis P. Scheffer-Boichorst*[6], *F. Güterbock*[7], *I. Haller*[8] *prorsus negaverim, etsi certi quicquam statuere non audeo. Annales Bebenhusani saeculo XVI. compilati*[9] *sua iam ex Chronica impressa Naucleri desumpserunt, qui primus, quod sciam, praeter Iohannem Fuchsmagen*[10] *inter recentiorum temporum viros doctos Ottonis librum in usus suos convertit*[11].

§ 5. *De codicibus Chronicae.*

Superest, ut de codicibus pauca dicamus. Archetypus auctoris codex aetatem non tulit. Quem a. 1768. *Iul.* 23. *cum ipso monasterio S. Blasii flammis consumptum esse*

codicis nr. 455. *circiter a.* 1227. *scriptae de aedificatione Laudensis civitatis ad a.* 1161. *et Alexandriae ad a.* 1170, *quas propter annorum errorem ex Ottonis de S. Blasio c.* 15. *et* 22. *desumptas putat C. Henking, 'Mittheilungen zur vaterländ. Gesch.' XIX ('N. F.' IX), St. Gallen* 1884, *p.* 326, *n.* 283.

1) *Vide infra p. XIX, sub codice* 1. *Monasterium S. Blasii in pago Turicensi et in ipsa civitate non pauca bona possidebat; curiam ante muros Turicenses apud Stampfenbach ad Limmat fluvium a.* 1224. *acquisivit; cf. Enderle, 'Studien über den Besitz des Klosters St. Blasien', p.* 66. *Cf. etiam A. Nabholz, 'Geschichte d. Freiherrn v. Regensberg' (infra p. XIX, n.* 2*).* 2) *Vide infra p.* 89 *sqq.* 3) *MG. SS. XVII, p.* 291—293. 4) *Ed. M. Jansen, Münster* 1900, *p.* 41; *cf. infra c.* 23, *p.* 33, *l.* 21 *sq.* 5) *Quod putavit G. Waitz, 'Götting Gelehrte Anzeigen'* 1870, *p.* 1792. 6) *'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XI, p.* 496 *sq. ('Gesammelte Schriften' II, p.* 285 *sq.); 'N. Archiv' XXVII, p.* 681. *Quem A. Hagemann, 'Über die Quellen des Gobelinus Persona', dissert. Halle* 1874, *et M. Jansen secuti sunt.* 7) *'Der Prozess Heinrichs des Löwen', Berlin* 1909, *p.* 10, *n.* 2. 8) *'Archiv für Urkundenforschung' III, p.* 326. *Quem secutus est K. Hampe, 'Histor. Zeitschrift' CIX, p.* 65 *sq.* 9) *Apud Ger. Hess, Monumentorum Guelficorum pars historica. Typis Campidonensibus* 1784, *p.* 254. *ad a.* 1166. 1169. *Apud K. Pfaff, 'Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie etc.'* 1855, *fasc.* 2 *(Stuttgart* 1857*), p.* 172 *sqq., prior Annalium pars, quam minus recte totam ex Chronica Urspergensi compilatam putavit, omissa est. — Ab impresso quodam libro etiam Annales Bartholiniani saec. XVII. ad a.* 1156 *(cf. infra c.* 8, *p.* 9, *l.* 1 *sqq.), apud Langebek, SS. rerum Danicarum I, p.* 340, *pendent.* 10) *Vide infra p. XXI, sub codice* 2. 11) *Vide infra p. XVIII.*

pridem conieci[1]. *Sed cum Caspar I. Molitoris abbas, qui a.* 1541—1571. *monasterio praefuit, in praefatione Libri originum S. Blasii*[2], *Ottonem apud Nauclerum aliosque auctores laudatum Chronicam ab incarnatione Domini usque ad a.* 1332. *conscripsisse dicat*[3] *neque quicquam ex Chronica nostra, quae neque ab incarnatione Domini incipit neque ultra a.* 1209. *producta est, ullo loco desumpserit, nunc apud me quidem constat, iam medio saeculo XVI. Chronicae nostrae neque autographum neque apographum in monasterio S. Blasii exstitisse, immo, quicquid antea exstabat, iam periisse aut ablatum fuisse. Et monasterium quidem cum libris suis iam a.* 1322. *April.* 30. *igne adeo deletum est, ut, qui post id temporis res S. Blasii conscriberent, antiquiorem traditionem domi scriptam vix reperirent*[4]. *Sed cum et codex* 2 *optimae notae a. demum* 1482. *in regione Brisgawiae, nescio an ex ipso autographo*[5], *transscriptus sit et circiter a.* 1500. *Iohannes Nauclerus vel ipso autographo vel apographo eius satis diligenter facto, quod a codicibus* 1 *et* 2 *recedit*[6], *usus sit, magis crediderim non ante annum fere* 1500. *codicem autographum periisse, sive Nauclero commodatum nec monachis restitutum sive a.* 1525. *a rusticis monasterium devastantibus deletum*[7].

1) *In praefatione ad Ottonis Frisingensis Chronicam p. XLVII. et LXXI. Ita etiam, ut videtur, P. Lindner, Monasticon metropolis Salzburgensis antiquae, Salzburg (Kempten)* 1908, *p.* 517. *Cf. supra p. IX.* 2) *Qui exstat in codice monasterii S. Pauli in valle Lavantina Karintiae, quo monasterio S. Blasii a.* 1806. *suppresso monachi cum parte librorum a.* 1809. *transmigraverunt, chartaceo nr. XXa*/98 *(saec. XVI), ad cuius folia numeri infra positi respiciunt, et in codice archivii generalis Karlsruhensis chartaceo nr.* 490 *(saec. XVI); cf. F. I. Mone, 'Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte' I, p.* (73) *sqq. II, p.* 56 *sqq.* 3) *Mone l. c. I, p.* (75). *II, p.* 56. *Cf. supra p. IX fin.* 4) *Caspar abbas f.* (1[v], *non numerat.).* 269 *sq., imprimis f.* 270: In summa, was von anfang des gotzhauses biss zu der zeit zesamen gepracht ist von vil gelerten scribenten, ist man uff dise stund darumb khommen. 5) *Cf. praefationem meam in Ottonis Frisingensis Chronicam p. LXXVII, n.* 1. *LXXIX, n.* 7; *infra p. XXII.* 6) *Pauca tantum, quae ad genuina auctoris verba perspicienda facere videbantur, attuli. Cf. ex. gr. p.* 21, *n.* a *(ubi Nauclerus non codice nisus, sed coniciendo rectum ponere videtur); p.* 22, *n.* k; *p.* 24, *n.* f; *p.* 28, *n.* s; *p.* 61, *n.* e; *p.* 62, *n.* b; *p.* 63, *n.* c. g; *p.* 66, *n.* a. *Nauclerum non codice* 2 *(Ottonis Frisingensis C* 4*) usum esse, probatur etiam singulis Ottonis Frisingensis locis, ex. gr. p.* 182, *n.* m: Sed *Naucl.*, Si *C* 4; *p.* 182, *n.* n: nec *Naucl.*, non *C* 4; *p.* 362, *n.* p: nullumque *Naucl.*, nullum *C* 4. — *De codice a Nauclero exscripto cf. etiam infra p. XXII, n.* 2. 7) *Caspar abbas f.* 418[v], *Mone l. c. II, p.* 62: Die köstlich unnd hupsch liberey, so uff dem creutzgang stůnd, ward mit buechern und aller zierdt zu grund gericht.

Ad autographum iam deperditum duo apographa nullo codice, qui superstes sit, intercedente redeunt, quorum alterum (1) paulo post medium saeculum XIII. pulcherrime sed neglegenter scriptum, alterum (2) a. 1482. *satis diligenter exaratum est.*

1) *Codex* T u r i c e n s i s *bibliothecae cantonalis (universitatis) 'Stiftsbibl.' C.* 33, *membranaceus in fol., saec. XIII. inter a.* 1254. *et* 1273, *fortasse ante a.* 1261. *Alexandro papa IV. superstite, scriptus. Primo fratrum ordinis Praedicatorum Turicensium, deinde maioris monasterii Turicensis fuit. De quo in praefatione Chronicae Ottonis episcopi Frisingensis pluribus egi*[1]. *Ottonis de S. Blasio Chronica Ottoni Frisingensi nulla distinctione facta auctorisque nomine non adscripto f.* 103r — 124v. *subiuncta est. Menda, quibus textus scatet, ex parte a scriba et ab alio vel aliis paulo posterioribus non ex alio quoquam codice, sed suo ingenio ita emendata sunt, ut non semel verba auctoris mutata inveniantur. Fortasse etiam Liutoldus de Reginsberg ord. Praed., quem codicem a.* 1277. *in manibus habuisse constat*[2], *huic labori operam dedit, cui complures earum, quae marginibus aliis manibus adspersae sunt, notarum deberi videntur; nec tamen semper certo distingui potest, qua manu hae notae scriptae sint*[3]. *Hunc codicem Berolini contulit B. Schmeidler, ipse identidem examinavi.*

Ex 1 *descriptus est codex* 1 *a. Praeterea ad* 1 *codices Chronicam universalem Turicensem exhibentes redeunt*[4], *de quibus vide infra p.* 89 *sqq.*

1 *a) Codex* P a r i s i n u s *bibl. nat. nr.* 4895 *A (olim Colbertinus), membranaceus in fol., saec. XIV*[5], *cui inscri-*

1) *P. LXXI sqq. Ubi signatus est C* 3. *Ad p. LXXIV, l.* 33. *adde, ad a.* 1282. *Andream 'sacerdotem incuratum' et decanum S. Petri inveniri apud Sal. Hess, 'Geschichte der Pfarrkirche St. Peter in Zürich', Zürich* 1793, *p.* 75. 2) *L. c. p. LXXIII. Non in omnibus recte A. Nabholz, 'Geschichte der Freiherrn von Regensberg', diss. Zürich* 1894, *imprimis p.* 30, *n.* 1. 3) *Vide p.* 6, *n.* *; *p.* 7, *n.* *; *p.* 26, *n.* *; *p.* 29, *n.* *; *p.* 33, *n.* * *et* **; *p.* 35, *n.* * *et* **; *p.* 46, *n.* *; *p.* 65, *n.* i; *p.* 73, *n.* *; *p.* 74, *n.* *; *p.* 80, *n.* * *et* **; *praeterea ad c.* 6, *p.* 7, *l.* 2 (constaret) *manu quae Liutoldi videtur in margine adscriptum est:* Nota originem ducatus Austrie, qui prius marchia fuit. *Cf. etiam in Ottonis Frisingensis Chronica p.* 162, *n.* *; *p.* 178, *n.* *; *p.* 185, *n.* *; *p.* 194, *n.* *; *p.* 262, *n.* *; *p.* 281, *n.* **; *p.* 311, *n.* ***; *p.* 384, *n.* *; *p.* 385, *n.* **. 4) *Itaque Ussermannus cum interdum, num ea quae in codice* 1** *deessent (ex. gr. c.* 47, *Germ. sacrae prodr. II, p.* 509, *n.* 167) *auctori iure tribuerentur, subdubitavit, longius a recto tramite aberravit.* 5) *De quo cf. Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae IV, Parisiis* 1744, *p.* 15; *'Archiv' I, p.* 302. 308. 500; *G. Waitz, 'Archiv' XI, p.* 330 — 332, *et SS. XXII, p.* 16 *sq.*

bitur: Liber iste cronicorum est domini Iohannis cancell. domini regis Romanorum[1]. *Continet f.* 1 *sqq.: Gotifredi Viterbiensis Pantheon (C* 8*); f.* 118^{v}: *libellum de ortu Pilati et alia complura, imprimis de Carolo Magno et ex operibus s. Hildegardis; f.* 150: *ex Gilberti qui dicitur Chronica pontificum et imperatorum continuata, ex codice Turicensi (supra* 1*) exscripta (C* 2*)*[2]*; f.* 151—161: *Ottonem de S. Blasio in c.* 5. *incipientem:* Fridericus I. dux Sueviae rex creatur. Anno dominicae incarn. 1153. Fridericus dux Suevorum mortuo Chuonrado patruo suo a principibus rex creatus *etc.; in fine c.* 52, *f.* 161, *alia manu add.:* Hic liber est vocatus liber cronicorum; *f.* 161—162. *sequuntur alia manu pauca ex opusculis s. Hildegardis excerpta. Hunc codicem a v. cl. Wilmans* 2 *signatum ante multos annos contulit v. d. Faerber b. m.*[3].


1 *b) Codex bibl. Karlsruhensis Sanblas. nr.* 18, *saec. XVIII, chartaceus in fol.*[4], *qui continet: f.* 1^{r}. *Ottonis Frisingensis Chronicae librum VII*[5], *f.* 31^{r}. Registrum de curia Romana, quod vocatur provinciale Tancredi, *utrumque ex codice* 1 *exscriptum; f.* 41^{r}—84^{v}. *Ottonis de S. Blasio Chronicam, ex editione Muratoriana exscriptam, cui varia lectio ex codicibus Turicensi (*1*) et Vindobonensi (Chron. univ. Turic.* 1***) et notae ex* Chron. S. Blasii *et* Chron. S. Georgii[6] *adscriptae sunt; f.* 84^{v}: Explicit Otto de S. Blasio in codice Turicensi et Urstisio; *f.* 85^{r}—118^{r}. *complura 'ex cod. Weingartensi' exscripta. Hunc codicem a v. cl. A. Holder benigne indicatum et descriptum postea ipse evolvi*[7].

1) *Quis fuerit, nondum exploratum est. De Alberti I. regis cancellario, episcopo Eichstadensi (a.* 1305—1306*), postea Argentinensi (a.* 1306—1328*), cogitavit Waitz.* 2) *Ed. O. Holder-Egger, SS. XXIV, p.* 117 *sqq.; cf. SS. XXII, p.* 359 *sqq.* 3) *Codex* 1*a ex* 1 *descriptus esse probatur his locis: infra p.* 6, *n.* c. g *et n.* *; *p.* 26, *n.* *; *p.* 35, *n.* **; *p.* 80, *n.* ** *(SS. XX, p.* 305, *n.* e; 306, *n.* a; 313, *n.* n; 316, *n.* g; 331, *n.* i*).* 4) *In praefatione Chronicae Ottonis Frisingensis p. LXXIV, n.* 2. *signatus C* 3*a.* 5) *F.* 27^{r}. *haec habes:* In scheda recentioris manus sec. XVI. initio affixa haec leguntur: Hic codex perantiquus — protrahantur, ut credam — sunt, *quae Ussermannus, Germ. sacrae prodr. II, p.* 451 *sq. ex codice Turicensi affert, cf. praefationem meam Chronicae Ottonis Frisingensis p. LXXV.* 6) *Quas habes apud Ussermannum, Germ. sacrae prodr. II, p.* 438 *sqq. et in notis ad editionem Ottonis de S. Blasio; cf. MG. SS. XVII, p.* 275 *sqq. (Annales S. Blasii et Engelbergenses), p.* 295 *sqq. (Annales S. Georgii in Nigra Silva).* 7) *De quo cf. etiam E. Ettlinger, 'Die ursprüngliche Herkunft der Handschriften' etc. ('Beilage III' ad 'Die Handschriften der Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe'), Heidelberg* 1901, *p.* 26.

2) *Codex* V i n d o b o n e n s i s *bibl. palat. nr.* 3334 *(Univ.* 838, *Schw. I,* 611*), chartaceus in fol., foliorum* 183, *a.* 1482. *una manu* Iohannis Fuchsmagen doctoris[1] impensa scriptus, *qui f.* 126^{r} — 153^{v}. *Ottonem de S. Blasio exhibet; f.* 126^{r}. *eadem manu in margine:* Hactenus Otto Frigisen̄ ep̄s. Abinde Otto de Sancto Blasio; *f.* 153^{v}: Hactenus Otto de Sancto Blasio. Et finis Deo gracias 1482. *De quo codice in praefatione Chronicae Ottonis Frisingensis uberius egimus*[2]. *Codicis satis diligenter scripti, nec tamen omnino mendis carentis marginibus manu scribae pauca adscripta sunt*[3]. *Hunc codicem optimae notae ipse Berolini contuli.*

Codex S. Pauli in valle Lavantina Karintiae chartaceus nr. XIX. d. 80 *(saec. XVIII*[4], *in fol.), f.* 183 *sqq. apographum Chronicae Ellenhardi inde ab Ottone IV. imperatore*[5] *exhibens, ad Ottonem de S. Blasio nihil pertinet, quamquam f.* 183^{r}. *ad titulum* Ex Cod. Magni Ellenhardi a. 127 [6] scripto *in margine adscriptum est:* ceu continuatio Ottonis de S. Blasio; *f.* 225 — 252. *ad textum Ellenhardi repetitum multa sub nota* Chron. S. Georgii *vel* Chr. S. G. *ab a* 1224. *usque ad a.* 1308.[7] *adnotantur, ex quibus pars posterior Annalium S. Georgii in Nigra Silva, qui MG. SS. XVII, p.* 295 *sqq. ex Gerberti et Ussermanni libris impressis collecti sunt, nonnullis locis emendari et suppleri potest*[8].

Codices Ottonis de S. Blasio hoc modo inter se coniuncti sunt:



1) *Friburgi Brisgaviae immatriculatus a.* 1469. *Oct.* 25 (Iohannes Fusmag de Hallis Brixens. dioc.), *bacc. a.* 1471, *mgr. a.* 1472/73, *dec. fac. art.* 1478, *canon. lic.* 1484, *secundum Herm. Mayer, 'Die Matrikel der Universität Freiburg i. Br.' I (*1907*) p.* 44. 2) *P. LXXVI sqq. Ubi signatus est C* 4. 3) *Infra p.* 40, *n.* *; *cf. in Ottonis Frisingensis Chronica p.* 215, *n.* * *et p.* 256, *n.* *. *De notis longe posteriore manu ad c.* 8. *et c.* 52. *adscriptis vide praefationem meam Chronicae Ottonis Frisingensis p. LXXVII, n.* 2. 4) *Minus recte saeculo XVII. tribuitur in 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XLIII ('N. F.' IV), p.* 53. 5) *MG. SS. XVII, p.* 120, *l.* 55 *sqq.* 6) *Ita c.* 7) *Quae finiunt in verbis:* est occisus. Explicit Fragmentum Chronici S. Georgii. 8) *Cf. etiam supra p. XX, l.* 23 *sq.*

Quo stemmate genuina auctoris verba, si felicissime cesserit, non nisi ex consensu codicum 1 *et* 2 *restitui posse evincitur; quae si X ipsius auctoris codicem ponis, non semel mendosa fuisse patet. At si, quod, etsi necessaria causa suaderi vix videtur, non omnino negandum esse censebis, codices* 1 *et* 2 *non ad ipsum auctoris codicem, sed ad idem eius apographum non post medium saeculum XIII. exaratum redire malueris, haec menda ex parte saltem librario tribuere ampliusque coniciendo studere licebit. Quod tamen minus elegerim*[1]. *At ubi* 1 *et* 2 *inter se discrepant, nisi, quod saepius evenit, aut lectio codicis* 1 *ex lectione, quam* 2 *servavit, manifesto depravata aut, quod paucis tantum locis fit, in codice* 2 *mendum latere perspicuum est aut Nauclerus*[2] *alteri suffragatur aut similibus locis comparatis alter praestare evincitur, uter praeferendus sit, certo diiudicari vix poterit. Itaque his locis plerumque lectionem* 1 *in textu posui, quamvis eam sola antiquitate, non auctoritate superiorem esse non ignoraverim. Utriusque codicis* 1 *et* 2 *variam lectionem integram fere enotavi, ut, quid de iis iudicandum sit, per se quisque explorare possit. Nec loci desunt, quibus et* 1 *et* 2 *una minus recta, si regulas Latini sermonis respexeris, tradere non negabis. Quos tamen plerosque emendare non meum duxi, cum auctorem ipsum ita labi potuisse non semel patere putarim, paucis exceptis, quae, si in auctoris codice ita fuerint, quin non consilio sed mero calami errore orta sint, quaeque quomodo emendanda sint, dubium esse non potest. Ea quae in* 1 *vel in* 2 *manu scribae vel aliis manibus addita sunt, quae quantulumcumque ad rem facere videbantur, in notis asteriscis signatis posui; quae cave ne ullo modo ad auctorem referenda esse credas.*

In re orthographica codicem 1, *utpote auctoris aetate non nisi plus minus* 50 *annos posteriorem secutus sum, paucis exceptis, ubi nimis peculiariter procedere videbatur; quae tamen omnia enotavi*[3].

1) *Cf. supra p. XVIII.* 2) *Quem tamen, sive X autographum sive autographi apographum ponimus, ad idem X, communem codicum* 1 *et* 2 *fontem, redire suoque Marte coniciendo mendum expunxisse, ubi ab* 1 *et* 2 *recedens rectum praebere videtur, putaverim; cf. p.* 21, *n.* a; *p.* 66, *n.* a. 3) *Semper* necessitas, necessarius *scripsi. Codex* 2 *semper* Bauaria *etc.*, Ihrtm, Ihos. *etc.* (*pro* Ierusalem, Ierosol. *etc.*) *habet, quae singulis locis afferre supersedi.*

§ 6. *De editionibus Chronicae, et qui de ea egerint.*

Editiones priores hae sunt:

1*) Princeps, quam, cum Pithoeus Ottonis Sanblasiani continuationis* integrae recuperandae spe aliquamdiu, *sed frustra* oblactatus *fuisset*[1], *curavit Christianus Urstisius in Germaniae historicorum illustrium tomo I, 'Francofurdi, Apud heredes Andreae Wecheli'*, 1585, *p.* 197 — 227, *codicem Turicensem (*1*) a. D. Ludovico Lavater sibi transmissum secutus*[2].

2*) Urstisii Germaniae historicorum illustrium tomi duo recusi sunt Francofurti ad Moenum, sumptibus Iacobi Godofredi Seyler,* 1670, *nihil nisi erroribus typothetarum hic illic emendatis.*

Novam Urstisianae collectionis 'diligenter recognitae, maximam partem cum codicibus mscr. collatae, novis accessionibus auctae et adnotationibus passim adspersis illustratae' editionem parabat G. Chr. Ioannis Argentorati impensis Ioannis Reinholdi Dulsseckeri a. 1728. *prodituram, quae prelo nunquam subiecta, sed omnibus modis absoluta in codicibus Monacensibus Latinis nr.* 709. *et* 710. *nobis servata est*[3]. *Chronicae nostrae nihil nisi variam lectionem codicis Chronicae universalis Turicensis* 1** *ex editione Muratoriana desumptam et adnotationes ad res pertinentes adscripsit.*

3*) Urstisium secutus L. A. Muratori Chronicam tomo VI. Scriptorum rerum Italicarum, Mediolani* 1725, *col.* 865 — 910. *inseruit, adhibito etiam codice Vindobonensi nr.* 540 *(Chronicae universalis Turicensis* 1***), cuius variam lectionem Pio Nicolao Garellio debebat.*

4*) Denuo codice Turicensi (*1*) ipse usus novam editionem paravit P. Aemilianus Ussermann in tomo II. Germaniae sacrae prodromi seu Collectionis monumentorum res Alemannicas illustrantium, Typis San-Blasianis* 1792, *p.* 453—514. *Qui etiam textum suo ingenio emendare conatus praescriptiones capitum* 21—52. *et adnotationes plurimas et pro tempore utiles adiecit.*

1) *P. Pithoeus, Ottonis episcopi Frisingensis Chronicon, Basileae* 1569, *in fine; sed cf. infra p.* 90. 2) *Cf. ea, quae Urstisius p.* 196. *exposuit; vide etiam praefationem nostram in Ottonis Frisingensis Chronicam p. LXXIV sq. et XC. Cf. ex. gr. infra p.* 5, *n.* e. h. k. o; 6, *n.* *; 35, *n.* *; 73, *n.* *; 77, *n.* e. 3) *Cf. Docen, 'Archiv' II, p.* 187 *sqq.*

5) *Ussermanni editionem repetiit I. F. Böhmer in tomo III. Fontium rerum Germanicarum, Stuttgart* 1853, *p.* 582—640.

6) *Novam editionem R. Wilmans codicibus* 1, 1*a*[1] *et Chronicae universalis Turicensis* 1**a*, 1****[2] *usus instituit*[3], *quae a.* 1865. *absoluta a.* 1868. *in Mon. Germ. SS. XX, p.* 304—337. *prodiit, eodem tempore una cum Ottonis Frisingensis Chronica inter Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum recusa, Hannoverae* 1867 *(!), p.* 422—492.

*Quae editiones cum omnes ad unum tantum codicem Turicensem (*1*) vel eius propaginem redeant neque ipsum codicem Turicensem satis diligenter excusserint, Chronica Ottonis de S. Blasio hic primum ad plenam codicum fidem restituta et critice recognita prodit, multis locis codice* 1 *accuratius denuo collato et codice* 2 *optimae notae hic primum adhibito emendata.*

Chronicam Germanice vertit H. Kohl in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', Leipzig 1881, '2. *Gesammtausgabe' t. LVIII (saec. XII, t. X).*

De ratione operis, de fide eius, de fontibus, unde sua auctor desumpserit, cum et antea et postea multi in singula quaeque inquisivissent[4], *H. Thomae, 'Die Chronik des Otto von St. Blasien kritisch untersucht', dissert. Leipzig* 1877, *sobrie quidem et utiliter egit, nec tamen penitus rem absolvit, et nimis acerbum iudicium de auctoris fide tulit*[5].

1) *Quos signavit* '1', '2'. 2) *Quos signavit* '1*', '3'. 3) *Ex cuius adnotationibus perpaucas quas repetivimus littera 'W.' apposita indicavimus.* 4) *Cf. imprimis I. F. Böhmer in praefatione, Fontes rerum German. III (*1853*), p. LXXVI sq.; R. Wilmans in praefatione editionis, MG. SS. XX (*1868*), p.* 302—304; *W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter',* 6. *ed., t. II (*1894*), p.* 284 *sq.; W. de Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' VI (*1895*), p.* 294. *et saepius; W. Gundlach, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' III (*1899*), p.* 313—322; *C. Varrentrapp, 'Erzbischof Christian I. von Mainz', Berlin* 1867, *p.* 30 *sqq. (de rebus Romae a.* 1167. *gestis, c.* 20*); Th. Toeche, 'Kaiser Heinrich VI.', Leipzig* 1867, *p.* 585 *sq. ('Otto v. S. Blasien über Heinrichs* 2. *und* 3. *italienischen Zug'); E. Winkelmann, 'Kaiser Otto IV. von Braunschweig', Leipzig* 1878, *p.* 485 *sq. ('Über die angeblichen Hoftage zu Hagenau und Frankfurt im März* 1209*') et p.* 487 *sqq. ('Zu Otto's IV. Romfahrt'); H. Bloch, 'Die elsässischen Annalen der Stauferzeit', 'Regesten der Bischöfe von Strassburg' I,* 1, *Innsbruck* 1908, *p.* 126—128 *('Die Hohenburg-Neuburger Chronik und die Continuatio Sanblasiana des Otto von Freising'). Minoris momenti sunt, quae E. Michael, 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXVI (*1902*), p.* 521 *sq. de Ottone exposuit.* 5) *Quem, quamquam aequius ex. gr. L. de Ranke, 'Weltgeschichte' VIII, p.* 193 *sq., Wattenbach l. c.*

Nos cum et in annotationibus et in hac praefatione Chronicae nonnulla ad hoc negotium pertinentia attulerimus, plenam investigationem, quippe quae longiore dissertatione egeat, in aliud tempus reservamus.

Restat, ut grato animo eos commemorem, qui in hac editione paranda me adiuverunt, imprimis praefectos bibliothecarum Turicensis, Vindobonensis, Monacensis, Karlsruhensis, S. Pauli in valle Lavantina Karintiae, archivi generalis Karlsruhensis, qui codices custodiae suae commissos summa cum liberalitate Berolinum miserunt nec quaerenti mihi humanissime satisfacere umquam omiserunt, nec minus eos, qui vel opera vel consilio mihi semper benignissime adfuerunt, imprimis O. Holder-Egger b. m., quo ductore haec editio inchoata est, tum B. de Simson Berolinensis, H. Bresslau Argentinensis, cuius auspiciis liber prelo subiectus ad finem perductus est, B. Schmeidler Lipsiensis, E. Perels Berolinensis, qui etiam plagulas mecum correxerunt, W. Levison Bonnensis, G. Leidinger Monacensis, I. Werner, H. Nabholz Turicenses, V. Samanek Vindobonensis, F. Güterbock Berolinensis.

aliter iudicaverunt, secutus est F. Güterbock, 'Der Prozess Heinrichs des Löwen', Berlin 1909, *p.* 19 *sqq., quem refutavit I. Haller, 'Archiv für Urkundenforschung' III, p.* 316 *sqq.* 324, *n.* 3 *(sed cf. supra p. XI, n.* 5 *fin).*

Berolini, mense Iulio a. 1912.

ADOLFUS HOFMEISTER.

INDEX CAPITULORUM.

1[a]. Quod Bernhardus abbas Clarevallis exhortatione sua plurimos ad iter Ierosolimitanum[b] accendit.

2. Cůnradus[c] rex Iherosolimam proficiscitur. Petri quoque Baiulardi scripta dampnantur.

3. De repatriacione Cůnradi[c] regis.

4. De morte Cůnradi[c] regis et synodo celebrata[d] Remis.

5. Fridericus rex creatur. Eugenius papa et successor eius Anastasius et Bernhardus[e] abbas Clarevallis[f] vita decedunt[g]. Adrianus[h] suscipit pontificatum[i].

6[k]. De contentione H[einrici] ducis Saxonum et H[einrici][l] ducis Noricorum.

7. De diversis pugnis F[riderici][m] regis[n] et consecratione eius.

8. De discordia domini pape et imperatoris.

9. De reconciliatione domini apostolici et cesaris.

10. De repudiacione[o] imperatricis[p] Adale.

11. Imperator F[ridericus] contra Willehelmum[q] militem instaurat Mediolanumque expugnat.

12. De diversis auctoribus, qui eisdem diebus claruerunt.

13. Adriano papa mortuo scisma in ecclesia exoritur Romana.

14. De rebellatione Mediolanensium.

15. Imperator F[ridericus] contra[r] Mediolanenses cum exercitu proficiscitur.

16. De obsidione et expugnatione Mediolani.

a) *Hi numeri a me additi sunt. Codices indicem sine ulla distinctione immediate capitulis libri VII. Chronicae Ottonis Frisingensis subiungunt (cf. illic p.* 33, *l.* 34 *sq.), praemissis numeris* XXVII. *corr.* XXVIII. *usque ad* XLVII. *corr.* XLVIII. *(cf. infra p.* 2, *n.* e.*) in* 1, *omissis in* 2. b) Iherosol. 2, *et sic saepius.* c) Conr. 2. d) celebrato 1. e) Bernardus 2. f) clareualī 1. g) decederunt 2. h) *perperam novum caput (*XXXII. *corr.* XXXIII.*) incipit* 1. i) XXIII. *corr.* XXXIIII. *add.* 1. k) *abhinc (*XXXIIII. *corr.* XXXV.*) numeri in* 1 *uno maiores sunt.* l) He. 1. m) F. *in loco raso* 1. n) regis *om.* 2. o) repudiaciatione 1. p) imp̄ris *corr.* imperatricis 1. q) Wilhelmum 2. r) contra *eadem manu in loco raso* 1.

17. Imperator F[ridericus] iam tercia vice Italiam[a] ingreditur.

18[b]. De pugna ducis Welf et[c] palatini de[d] Tuingin.

19. De regressu imperatoris ab Italia[a] et reconciliatione ducis et palatini.

20. Cesar quarta iam vice Italiam[a] intrat Romamque expugnatam devastat[e].

21. De possessionibus et diviciis Friderici imperatoris.

22. De constructione Alexandrie.

23. De obsidione Alexandrie.

24. Alexander papa scismate sedato sedem obtinet apostolicam conciliumque[f] cogit Lateranense.

25. De rege Yconii et obitu Alexandri pape successoreque eius Lucio.

26. De curia apud Maguneiam celebrata.

27. Lucius papa vita decedit eique Urbanus succedit.

28. De nuptiis Heinrici regis.

29. Wido Ierosolimorum[g] succedit.

30. Saladinus rex crucem dominicam cum Iherosolima capit regemque eius abducit.

31. Imperator F[ridericus] cum filio equivoco crucem peregrinacionis accepit.

32. Cesar F[ridericus] filio H[einrico] regalibus traditis Iherosolimam proficissitur[h].

33. Clemens successor Urbani et Gregorii obit eique Celestinus succedit. H[einricus] rex coronatur. Constantinopolis expugnatur.

34. Tamen Christianus exercitus patitur, Iconium capitur.

35. De morte F[riderici] imperatoris eiusque filii eiusdem nominis.

36. De expugnacione Accaron.

37. Imperator H[einricus] Ytaliam cum exercitu intrat.

38. De captivacione Richardi regis Anglorum.

39. Imperator Heinricus secunda vice Alpes transcendit[i].

a) yt. 2. b) *numerus omissus, sed littera* D *colore caeruleo picta* 1. c) et *alio atramento supra lin. suppl.* 1. d) dtuingin 2. e) *hic desinunt capitula in* 1; *ea quae sequuntur solus habet* 2. f) *ita scripsi;* consiliumque 2. g) *supple* rex *vel plures voces.* h) *ita* 2. i) *ita emendavi;* ascendit 2.

40. Imperator H[einricus] Palernum in dedicionem accipit. Alanus, Prepositinus, Petrus magistri claruerunt.

41. De repatriacione H[einrici] imperatoris.

42. De tercia expedicione transmarina.

43. Imperator Heinricus tercia vice Ytaliam ingreditur.

44. De nuptiis Phylippi fratris Heinrici imperatoris.

45. De morte Heinrici imperatoris.

46. De Celestino papa vita decedente. Innocencius substituitur. Phylippus rex creatur.

47. De quodam sacerdote miracula crebra faciente.

48. Innocencius papa Phylippum collaudat in regem.

49. Qualiter a Christianis destructa sit Constantinopolis.

50. De occisione Phylippi regis simulque promotione Ottonis.

51. Qualiter filia Phylippi regis desponsatur Ottoni regi.

52. De consecracione regis Ottonis.

XX, 04. *1[a].*. Anno dominice incarnationis M⁰C⁰XLVI. summus[b] pontifex Eugenius ecclesie transmarine paterne condolens multos ad Ierosolimitanum iter accendit ac venerabili Bernhardo[c] Clarevallensi abbati onere predicationis vice sui imposito ex omnibus mundi partibus cismarinis innumerabilem exercitum coadunavit. Venerabilis itaque pater Bernhardus[d] *indutus virtute* *Spiritus *ex alto*[1] ad iniunctum sibi predicationis officium non segniter accingitur virtuteque verbi *omni gladio ancipiti penetrabiliori*[2], miraculorum comitante incomparabili gratia, totam Galliam et Germaniam peragravit et ad expedicionem transmarinam innumerabiles accendit.

1146. *G.Fr.I*,35-44.

305. — *Luc.* 24, 49. — *Hebr.* 4, 12.

*) *Eadem manu in margine add.* 2: Hactenus Otto Frigisensis *(!)* episcopus. Abinde Otto de Sancto Blasio.

a) *numeri capitulorum secundum Urstisium;* XXIX. *et sic deinceps usque ad* LXXX. 1; 28. *et sic deinceps usque ad* 79. 2; *nam uterque codex ea quae sequuntur immediate Ottonis Frisingensis Chronicae libro VII. subiungit, cf. illic p.* 366, *l.* 25. b) summis *corr. alio atram.* summus 1. c) Bernardo 2. d) Bernardus 2.

1) *Luc.* 24, 49: quoadusque induamini virtute ex alto. 2) *Hebr.* 4, 12: Vivus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti.

1147. 2. Anno dominice incarnationis M°C°XLVII. Cŏn-
G. Fr. I, 40—42. 46. 47. 62. 63. radus[a] rex mortuo fratre suo Friderico Swevorum duce filio ⟨eius⟩[b] eiusdem nominis ducatum concessit ac pariter cum ipso cruce peregrinationis accepta Hierosolimam adiit. Preterea Welf[c] dux, Heinricus[d] Noricorum dux et multi alii nostrarum parcium principes et episcopi cum innumerabili diverse condicionis exercitu eandem viam aggressi per Ungariam et Greciam iter arripiunt, ac Francorum regi Ludewico[e] cum multis principibus sue gentis illuc tendenti consociantur. In itinere itaque multa pericula passi plurimisque diverso modo consumptis Cůnradus[a] rex cum suis mari emenso
1148. Ptolomaidam applicuit, ac inde itinere terreno Ierosolimam veniens cum maximo tripudio a patriarcha[1] et rege[2] et universis civibus suscipitur. Post hecque Ludewico[e] Francorum rege cum reliqua parte exercitus pari honore suscepto contra Sarracenos procinctum movent. Regione itaque paganorum diversis modis igne ferroque profligata[3] Damascum obsidione cingunt ipsamque urbem, paganis pro posse resistentibus, toto nisu impugnant. Itaque pagani vim Christianorum non sustinentes condiciones militibus Templi mediantibus pro velle principum statuunt, sicque obsidione soluta exercitus Christianorum discessit ac Ierusalem veniens cum triumpho suscipitur[4].

G. Fr. I, 50. His[f] diebus Petrus Baiulardus prava de Trinitate senciens contrariaque catholice fidei dogmatizans heresim Arrianam[5] resuscitare molitur. Contra quem venerabilis abbas Bernhardus[g], velud[h] contra ecclesie hostem, insurgens viva voce scriptisque ipsum magnifice convincens hereticum
1140. probavit scriptisque eius synodaliter examinatis ab apostolico et dampnatis ipsi de cetero silencium inposuit.

1148. 3. Anno incarnationis dominice M°C°XLVIII. Cŏnrado[i] rege repatriante Heinricus[k] Noricorum dux, filius Leopaldi[6], sororius Heinrici[k] imperatoris, frater Cŏnradi[i]
1149. regis, filiam imperatoris Constantinopolitani[7] prius sibi in

a) Chůnr. 2. b) eius *supplevi; om.* 1. 2. c) Welfo 2. d) Henr. 2. e) Ludwico 2. f) Hůs 2. g) Bernardus 2. h) velut 2. i) Chůnr. 2. k) Henr. 2.

1) *Fulchero.* 2) *Balduino III.* 3) *Ad voces cf. c.* 11, *p.* 11, *l.* 12; *c.* 15, *p.* 18, *l.* 2; *c.* 18, *p.* 21, *l.* 6; *c.* 20, *p.* 27, *l.* 10; *c.* 34, *p.* 50, *l.* 6 *sq.* 4) *Econtra* humilem et non bonum exitum *expeditionem accepisse auctor apud Ottonem Fris. Gest. Frid. I,* 65. *legere potuit.* 5) Sabellianus hereticus iudicatus *est Abaelardus Suessionis a.* 1121, *G. Fr. I,* 49. *Sed cf. G. Fr. I,* 50. 6) *Leopaldi III. (IV.) marchionis Austriae.* 7) *Theodoram Comnenam filiam Andronici sebastocratoris, fratris Manuelis I. imperatoris;*

itinere desponsatam in matrimonium accepit et ex ea Leopaldum, patrem Leopaldi ducis Orientalis et Friderici fratris sui, qui trans mare obiit[1], ducem serenissimum[a], genuit. Hic Heinricus[b] dux bello cum Ungaris habito victor extitit ipsosque de terminis suis, multis ex eis occisis, gladio fugavit[2].

4. Anno dominice incarnacionis M°CLII. Chûnradus[c] rex moritur, eodem videlicet anno, quo hospitatus est in civitate Friburgensi[d. 3], Spiramque[e. 4] deportatus obsequiis[f] regalibus sepelitur, anno regni sui XV[5]. 1152. *(Febr. 15).*

Hiis[g] temporibus Eugenius papa[6] synodum episcoporum Remis[h] congregavit, cui ipse presidens multaque prava corrigens inter cetera librum Gisilberti[i] Pictaviensis episcopi suspectum eo presente[7] examinavit, in quo super verba Boecii de Trinitate, sana quidem et catholica, male commentatus est, hoc modo: 'Pater est veritas, id est verus; Filius est veritas, id est verus; Spiritus sanctus est[k] veritas, id est verus. Et hi tres simul non tres veritates, sed una veritas, id est unus verus'. Que expositio pape ceterisque episcopis perversa visa est omninoque suspecta, quia secundum Augustinum[8] Deus[l] non nisi ea magnitudine magnus est, que est quod ipse[m], et non nisi ea veritate verus est, que est quod ipse, alioquin illa erit maior magnitudo vel veritas, qua Deus magnus vel verus est, quam ipse; quod fateri absurdissimum est. Hanc expositionem venerabilis abbas Bernhardus[n] in libro suo super Cantica canticorum, capitulo LXXXI.[9] sic correxit: *Pater est verus, id est veritas; Filius est verus, id est veritas; Spiritus sanctus est*[o] *verus, id est veritas.* Sicque verbis tantum 1148. *Bernh. Clar.*

a) s'nissimū 1; strenuissimum *Urstis.* b) Henr. 2. c) Conr. 2. d) Frisingensi *Ussermann, perperam.* e) -que *om.* 1. f) *ita* 1. 2, *cf. infra c.* 27, *p.* 38, *l.* 29; exequiis *Urstis.* g) His 2. h) Remis *om.* 1. i) sigilberti 2. k) est *om.* 1. l) Dɜ (= dicitur) 2. m) est *add. Ussermann.* n) Bernardus 2. o) est *om.* 1.

C. Neumann, 'Griechische Geschichtschreiber und Geschichtsquellen im 12. *Jahrh.', Leipzig* 1888, *p.* 68 *sq. De tempore nuptiarum, quas Ann. Palid.* 1148, *SS. XVI, p.* 83, *ante adventum in Terra Sancta ponunt, cf. W. Bernhardi, 'Konrad III.', p.* 656, *n.* 4.

1) *Die* 16. *April.* 1198. 2) *Minime, sed die* 11. *Sept. a.* 1146 *(Cont. Zwetl. I, MG. SS. IX, p.* 538*) inter Leitham et Fischam fluvios ab eis plane devictus est, G. Fr. I,* 33. 3) *Die* 12. *Ian. a.* 1152, *Stumpf, 'Reichskanzler' II, nr.* 3598, *Friburgi monachis S. Blasii praeposituram Ochsenhausen confirmavit.* 4) *Eodem modo errant Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 42, *et Cron. Minor, Monumenta Erphesfurtensia, ed. Holder-Egger (SS. rer. Germ.), p.* 638, *l.* 15. *Conradus rex Bambergae et mortuus et sepultus est.* 5) *Immo* XIV. 6) *Bernh. Clarev. In Cantica serm.* 80, *nr.* 8; *cf. Otto Fris. G. Fr. I,* 52—61. 7) *Cf. G. Fr. l. c.* 8) *Augustinus De Trinitate V,* 10, 11, *quem auctor ex Bernhardo l. c. nr.* 7 *attulit.* 9) *Immo LXXX, nr.* 8.

Bernh. Clar. transpositis sanus est intellectus. Idem liber[1] in nonnullis locis a vera fide visus est discrepare et ideo synodaliter reprobatus et dampnatus est, episcopo libri ipsius auctore humiliter consenciente ipsumque ore proprio dampnante[2]. Sicque solutum est concilium[a. 3].

1152. 5. Anno dominice incarnationis M°C°LIII. Fridericus
(Mart. 4). G. Fr. II, 1. dux Swevorum mortuo Cǒnrado[b. *] a principibus rex creatus
1153. nonagesimus IIII^{us} ab Augusto regnavit. Eugenius
(Iul. 8). G. Fr. II. 10. papa obiit, cui Anastasius[c] successit. Eodem anno pie memorie beatissimus Bernhardus[d] *abbas Clarevallensis[e], doctor egregius ac multorum monasteriorum pater[4], XIII. **p. 30*
Aug. 20. Kalendas[f] Septembris migravit ad Dominum. Ana-
1154. stasius papa obiit, cui Adrianus[g] successit, in ordine
(Dec. 3). centesimus sexagesimus.

1154. 6. Anno dominice incarnationis M°CLIIII. Hein-
G. Fr. II, 7. 9. 11. 42. 43. 55, cf. I, 45. ricus dux Saxonie, filius avunculi Friderici regis, filius Heinrici[h] ex filia imperatoris[i] Lotharii[5], ducatum Noricum sui iuris hereditate paterna affectans cum Heinrico[h], filio Leopaldi, patruo Friderici regis, qui eundem ducatum beneficii loco a rege Cǒnrado[b] acceperat, toto nisu contendit, Heinrico[h] non minore ambitione sibi resistente. Quorum litem Fridericus rex sedare cupiens — utrumque enim linea
1156. consanguinitatis tangebat — consilio principum taliter dif-
(Sept. 17). finivit[k], ut marchia Orientalis, que prius ducatui Norico iure beneficii subiacuit, a ducatu seiuncta per se consistens

*) 1 *alia manu in marg. add.:* patruo suo.

a) consilium 2. b) Chůnr. 2. c) IIII. *alia manu superscr.* 1. d) Bernardus 2. e) Clarevallensis *om.* 2. f) K. 1; kł 2. g) IIII. *alia manu superscr.* 1. h) Henr. 2. i) -is *alia manu suppl.* 1. k) *ita* 1. 2; definitum est *Urstis.*; definivit *Wilmans.*

1) *Cf. Bernh. Clar. l. c. nr.* 8. 2) *Bernh. Clar. l. c. nr.* 9. *Sed minime Giselbertum ipsum ipsiusque libros a papa et episcopis damnatos esse constat; immo liber quorundam discipulorum eius a magistro ipso reprobatus publice scissus est; cf. B. Geyer, 'Die Sententiae divinitatis', Münster* 1909, *p.* 48 *sqq. (Baeumker - Hertling - Baumgartner, 'Beiträge zur Gesch. der Philosophie des Mittelalters' VII,* 2—3*).* 3) *Finita demum synodo Remensi a prudentioribus et vicinioribus ad hoc retentis causae Giselberti finem datum esse ex G. Fr. I,* 58. *constat; cf. etiam (Joh. Saresb.), Hist. Pontif. c.* 11, *MG. SS. XX, p.* 525. 4) *Vita S. Bernardi lib. V. auct. Gaufrido c.* 2, 15, *MG. SS. XXVI, p.* 120: Bernardus, Clarevallensis cenobii primus abbas, aliorum quoque amplius quam 160 monasteriorum pater, 3. *(lege* 13.*)* Kal. Sept. inter filiorum manus obdormivit in Christo. 5) *Gertrudi. Cf. Otto Fris. Chron. VII,* 25. 26; *G. Frid. I,* 19.

nulloque respectu iuris duci[a] Bawarie subiacens ducatus *G. Fr. II, 55.* iure et nomine constaret hocque Heinricus filius Leopaldi principis iure et ducis nomine et honore sublimatus[b] contentus esset, ducatu Norico Heinrico duci Saxonie cedente [1]. Ad hoc utroque consenciente lite decisa, qui prius marchio, dux Orientalis deinceps dictus est. Sicque Heinricus fratruelis Welfonis [2] ducatu Bawarie et Saxonie potitus hereditatem paternam consequitur.

7. Anno dominice incarnationis M°CLV. Fridericus 1157. rex contra ducem Polanorum[c, 3] procinctum movens regionem *G. Fr. III, 1–5.* ipsius armata manu ingressus est transitoque preter spem quodam fluvio [4] cum exercitu regione devastata ipsum ad dedicionem coegit ac censum iam per aliquod[d] annos neglectum reddere compellens et expedicionem Italicam[e] ipsi indicens omnimodam subiectionem sacramento sibi firmari fecit. Quo promisso omnimodis frustratus est. Nam post regressum regis periurus effectus nec expedicioni interfuit nec cetera, que sacramentis firmaverat, custodiens iram denuo regis promeruit. Eodem anno dispositis pro voluntate 1154. sua in Gallia et Germania rebus universis Fridericus rex *G. Fr. II, 11. 12. 16–38.* contracto ex omnibus regni visceribus exercitu [5] validissimo procinctum movit in Italiam[e]. Ubi multis pro libitu consummatis omnibusque rebellibus subactis Terdonam, que sola restabat, obsidione cinxit expugnatamque cepit et destruxit. Exin ad Urbem tendens Romanis resistentibus Urbe arcetur, quos forti aggressione in brevi expugnans, multis occisis [6], favente sibi* apostolico, Urbem ingreditur, ab eoque consecratus imperatoris et augusti nomen XC^us IIII^us[f] ab Augusto sortitur, Romanis interim sedicione mota cum 1155. exercitu imperatoris confligentibus. Tandem fugatis et victis *(Iun. 18).* et ad dedicionem coactis, omnibusque ibidem bene dispositis, suadentibus Coloniensi archiepiscopo [7] et Hermanno Constanciensi episcopo et quibusdam[g] aliis principibus, ad ulteriora contra Willehelmum[h] filium Rogerii [8], qui Apuliam

*) 1 *alia manu in marg. add.:* Adriano IIII°.

a) duce *alia manu corr.* duci 1. b) sublimatus *om.* 2. c) colan. *alia manu corr.* Polan. 1. d) aliquot 2. *Urstis.* e) ytal. 2. f) XC9 V9. 2. g) quibus 2. h) -lle- *eadem manu supra lin.* 1; Wilhelmum 2.

1) *Cf. 'Privilegium minus' quod dicitur, MG. LL. Constit. I, nr.* 159, *p.* 221 *sq.* 2) *Cf. G. Frid. IV,* 46, *ed. tertia p.* 287, *l.* 1. 3) *Boleslaum IV.* 4) *Oder.* 5) *Ad voces cf. infra c.* 20, *p.* 22, *l.* 15 *sq.* 6) *Haec fabulosa.* 7) *Arnoldo II.* 8) *G. Frid. II,* 11.

usurpato regio nomine tenebat, progredi disposuit. Sed ab aliis dissuasus hoc in posterum differens ad Cisalpina[1] *G. Fr. II, 39–41.* revertitur. In quo itinere insidias a Veronensibus passus, ipsis non impune talia licere necessario iratus sic ostendit. Ponte enim eius iussu ad transponendum exercitum per Attasim fluvium a Veronensibus navibus compactis structo, quidam[a] Albericus[2] ex ipsa civitate et aliunde latronum manu in[b] inmensum conflata preparatis quibusdam natatilibus instrumentis in superioribus fluminis insidias tendit, ut parte exercitus fluvium transeunte ipsi eisdem[c] instrumentis compage navium dissoluta reliquam partem exercitus citra remanentem pugna invaderent. Sed sicut conatus eorum in vanum, sic eventus cessit in periculum. Machinati enim, ut dictum est, ubi statuerant imperatorem invadere, ipse iam copiis ex toto fluvio transpositis progressus fuerat iamque cum omni exercitu ad Alpes tendebat. Illi itaque per notum sibi compendium precurrentes[d. 2] in angustis[e] Alpium, parte exercitus iam progresso[f. 3], imperatorem cum reliquis offendunt ac, nisi pecunia se redimat, viam sibi intercludi belloque congredi minantur. Imperator itaque, ut semper et ubique imperterritus, tale pactum cum latronibus imperatorem[g] inire dedecorosum existimans et hoc protestans cum exercitus[h] parte que substitit[i] restabat ac se ad confligendum modis omnibus preparavit. Igitur Otto palatinus de Witilisbach[k] senior, pater Ludewici[l] ducis[4], qui postmodum Bawarie dux effectus est[5], lectis de exercitu strennuis, valle girata, hostibus insciis, signo retecto, montana ascendit ipsosque a tergo signo dato cum clamore invadens in precipicium compulit. Sicque omnibus morti datis captos ex eis XII precipuos imperatori tradidit. Ex quibus XI patibulo suspensis, uno dimisso, qui reliquos illaqueaverat, imperator per vallem Tridentinam triumphans gloriose repatriavit iamque Alpibus transmissis exercitum ad propria remisit[6].

a) quibusdam *corr.* quidam 1. b) in *om.* 2. c) ei⁹dem, *ut videtur, alia manu corr.* eisdem 1. d) procurrentes 2. e) angustiis *Urstis.* f) *ita* 1. 2, *sed alia manu corr.* progressa 1. g) imperato24 *alia manu corr.* -torem 1. h) -s *alia manu suppl.* 1. i) restabat substitit *legendum esse videtur.* k) Winlisbach 2. l) Ludwici 2.

1) Transalpina *G. Frid. II,* 37. 2) *Seriem rerum, quam in Ottonis Fris. G. Frid. invenit, auctor turbavit.* 3) *Imperator iam antea apud Anconam exercitum dissolverat, G. Frid. II,* 38, *non nisi quibusdam principum ei adhuc adherentibus.* 4) *A.* 1183 — 1231. 5) *A.* 1180; *infra c.* 24. 6) *V. supra n.* 3. *Cf. G. Frid. II,* 41, *p.* 150, *l.* 1 *sq.:* Inde, multis se ad propria dispergentibus domicilia *etc.*

307. *8. Anno dominice incarnationis M°C°L°VI° episcopus Lundoniensis[a, 1] cum quodam alio episcopo collega suo[2] a Romana curia recedens ac[b] per Burgundiam repatriando iter faciens a quibusdam capitur rebusque omnibus denudatus lucri gratia[3] in custodiam mittitur, dissimulante imperatore querimoniamque pro hac re parvipendente. Qua de causa domnus[c] apostolicus legatos suos[4] ad imperatorem misit. Qui Bisuntum[d], ubi generalem curiam tunc temporis imperator habebat, venientes litteras apostolicas imperatori coram principibus representant, in quibus pro dissimulata captivatione Lundoniensis[a] episcopi redargutus[e] imperium de manu apostolici se recepisse admonetur. Quo audito imperator et omnes presentes principes maxima indignatione accensi, quod quasi iure beneficii sub hominio cesarem imperium a se suscepisse papa gloriaretur, et cum clamoris maximo strepitu in legatos invecti vix manibus temperabant, indignum ducentes tali contemptu Romanos gloriari. Unus autem legatorum quasi pro apostolico loquens stolidissime his ita respondit: 'Si ergo a domno[f] apostolico non habet, a quo habet?' Quibus verbis commotus Otto palatinus de Witilinsbach[g], qui gladium maiestatis imperatori astans tenebat, ipso gladio evaginato impetu in cardinalem facto vix ab[h] imperatore retentus est, quin exicio cardinalem dederit. Tandem multis iniuriis impetiti a conspectu cesaris eliminantur divertendique ad episcopia vel cenobia questus gratia occasione omnino interdicta via regia[i] Romam reverti iubentur. Qui reversi apostolico iniuriam sibi irrogatam conqueruntur seque vix mortem evasisse protestati sunt. Imperator autem missis litteris in omnes regni terminos cunctis principibus irrogatam imperio a papa et a Romanis calumniam conquestus est et ulcisci dedecus imperii summopere nititur.

[Right margin: 1156. — *G. Fr. III,* 8–11. — 1157. *(Oct.).*]

a) Lundouiensis 2. b) a 2. c) domn⁹ *alio atram. mut.* domin⁹ 1; dōn⁹ 2. d) bisuntum *alio atram. mut.* bisuntium 1. e) redagutus 1; redarguitur 2. f) domno *alio atram. mut.* domino 1; dōno 2. g) Wintilisbach 2. h) ipso *add. Ussermann.* i) recta via *Rahew. G. Frid. III,* 10, *ex quibus hunc locum emendavit H. Kohl; sed cf. infra p.* 46, *l.* 24.

1) *Eskillus archiepiscopus Lundensis. De tempore cf. H. Simonsfeld, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Friedrich I.' I, p.* 498, *n.* 2) *Alexander papa III. ad Arnulfum episc. Lexov., Jaffé-Löwenfeld, Reg. Pont. nr.* 10627 *(*1. *April.* 1160*):* Archiepiscopos namque et episcopos a sede apostolica redeuntes in ignominiam et detrimentum ecclesiae plerumque capi turpiter et inhoneste praecepit eosque fecit carceris custodiae mancipari *(sc. Fridericus imperator).* 3) *Tit.* 1, 11. 1. *Petr.* 5, 2: turpis lucri gratia. 4) *Rolandum, postea Alexandrum III. papam, et Bernhardum presbyteros cardinales.*

1158. 9. Anno ab incarnatione Domini $\text{M}^{0}\text{C}^{0}\text{LVIII}^{0}$ [a]
G.Fr.III, 17. principes[b] verentes, ne controversia inter regnum et sacerdocium in inmensum[c] conflata rem publicam involveret exicio, apostolicum per episcopum Babinbergensem[d, 1] et alios Romam directos[2] eadem de causa conveniunt et, ut imperatorem litteris mitioribus[e] et aliis nunciis de notabili priorum litterarum arrogancia se excusans placaret, dant
G. Fr. III, 18—22. consilium[3]. Apostolicus autem audiens nuncios cesaris, cancellarium[4] videlicet et Ottonem palatinum, Italiam[f] intrasse negociaque imperii potenter disponere — nam conventus imperatorios absque imperatore, immo curias si dici[g] fas est, cum episcopis Italie[f], qui XV numero quodam conventu congregati erant, et cum aliis Italie[f] principibus celebrabant[5] —, timensque superventurum cesarem salutifero eorum consilio consensit ac supplicibus litteris cum condigna salutacione per idoneos[h] legatos[6] de obiectis se excusans mediantibus principibus cesarem placavit et a priori indignatione revocatum animequiorem reddidit. Sicque imperatoris ira contra Romanos excitata ad tempus quievit.

1153. 10. Circa hec tempora Fridericus imperator gene-
(Martio). ralem curiam cum maxima principum frequencia apud Constanciam habuit ibique coram Hermanno episcopo[7] in choro Constanciensi uxorem suam, filiam marchionis[8] de Vohiburch, Adalam[i] nomine, causa fornicationis sepius infamatam[9] repudiavit eique postmodum filiam
1156. Reginboldi[k] principis ac excellentissimi comitis Burgundie[l],
G. Fr. II, 48. nomine Beatricem, superduxit. Ex hac Beatrice genuit[10]

a) $\text{M}^{0}\text{C}^{0}\text{LVII}^{0}$ 2. b) princeps *corr.* principes 2. c) in- *alia manu superscr.* 1. d) -g- *alia manu suppl.* 1. e) minoribus 1. f) ytal. 2. g) dici si curias *signis transposita, ita ut* curias *ante* dici si *collocandum videatur,* 1. h) i- *superscr.* 1; yd. 2. i) Ádalam 2. k) Reginoldi 2. l) -d- *e corr.* 1.

1) *Eberhardum II.* 2) *Perperam.* Commonitionem dilecti filii nostri Heinrici Baioariae et Saxoniae ducis *laudat Hadrianus in epistola excusatoria ad imperatorem data, G. Frid. III,* 23, *Eberhardi episcopi Babenbergensis operam pro concordia imperii et sacerdotii Heinricus cardinalis, alter posteriorum papae legatorum, in epistola ad ipsum data, Gest. Frid. IV,* 22. 3) *V. epistolam episcoporum Teutonicorum ad Hadrianum, G. Frid. III,* 17. 4) *Reinaldum de Dassel, postea archiepiscopum Coloniensem.* 5) *G. Frid. III,* 20 (21): occurrentibus eis . . . archiepiscopis Ravennate et Mediolanense et de suffraganeis eorum 15 episcopis necnon comitibus *etc.* 6) *Heinricum presbyterum et Hyacinthum diaconum cardinales.* 7) *G. Frid. II,* 11: per apostolicae sedis legatos. 8) *Diepoldi II.* 9) *Chron. Montis Sereni, MG. SS. XXIII, p.* 149: propter notam adulterii; *G. Frid. II,* 11: ob vinculum consanguinitatis. *Cf. Simonsfeld l. c. p.* 156 *sqq.* 167 *sqq.* 10) *Cf. infra c.* 21 *fin.*

Fridricum[a] ducem Swevie, Heinricum[b] imperatorem, Cŏnradum[c] ducem, Ottonem comitem[d] Burgundie[e], Phylippum[f] regem, qui omnes in brevi perierunt[1].

11. Anno incarnationis dominice M⁰C⁰LVIII. Fri- 1158.
dericus imperator[g] contra Willehelmum[h], Rogerii filium, in- *G. Fr. II, 49. 50.*
vasorem Apulie, Calabrie, Sicilie[i, 2], expedicionem instaurans
a Mediolanensibus rebellantibus multis iniuriis affectus in
ipsos arma convertit et per vallem Tridentinam[3] secundo *ib. III,* 26. 27.
in Italiam[k] exercitum duxit ac ad plana perveniens precipue
Papiensium[4] et Cremonensium[4] ope Italico[k] exercitu admodum
roboratus[5] Mediolanenses hostes pronunciavit totaque Liguria *ib. III,* 29—32.
igne ferroque profligata[6] Cremenses Mediolanensium fautores 1159.
obsidione cinxit multisque diebus diversisque modis attritos[l] *G. Fr. IV,* 47. 48. 67—73.
tandem per condicionem suscipiens, ut vite donati provincia
cederent, civitate tradita ipsam funditus evertit ac deinde[7] 1160. *(Ian. 27).*
contra Mediolanenses aciem direxit. Itaque signis contra 1158.
Mediolanum[m] erectis imperatore nesciente mille de exercitu *G. Fr. III,* 33—36.
milites instructissimi contra[n] Mediolanum[o] se proripientes[p] 38—43.
cives ante portas ad bellum ordinatos offendunt. Quos in-
caute aggredientes alacriter a civibus suscipiuntur, pugnaque
308. *conserta multis hinc inde occisis milites cesariani pre pau-
citate sui vim civium non ferentes fugam ineunt. Quo
peccato militum cesar iratus[q] a vindicta vix se continuit
ac[r] interdicta tali presumptione in posterum, militibus data
venia, urbem obsidione undique vallavit. Cecidit in hac
congressione ex parte cesaris Egebertus[s] comes de Butin[t] *(Aug. 5).*
et alii plures. Itaque cives cesaris industria undique artati
fortiter resistunt ac illatum sibi dampnum viriliter recom-
pensantes portis sepius erumpunt patratisque hinc et inde
preclaris facinoribus, multis hinc inde[u] occisis, non sine
maximo exercitus dampno portis recipiuntur. Quadam enim *G. Fr. IV,* 48.
eruptione cum cesarianis, ubi[v] Italicis[k] militibus obsidebantur,

a) Fridricum 2. b) Henr. 2. c) Cůnr. 2. d) comittem 1. e) burgunnie 1. f) Philippum 2. g) imperator *om.* 1. h) Wilhelmum 2. i) Sycilie 2. k) yt. 2. l) adtritos, -d- *erasum* 1. m) medyolanum 2. n) coram 2. o) Mediolanenses, -a- *in loco raso, alterum* -s *alio atram. suppl.* 1, *qui sequens se omittit.* p) prorumpentes, -ūp- *in loco raso* 1. q) *ita* 1. 2; irritatus *Urstis.* r) et 2. s) Eggebertus 2. t) butin *radendo et alia manu mut.* bitingǒ 1. u) hinc "multis' in̄ 1. v) ubi *om.* 2.

1) *A.* 1191, 1197, 1196, 1200, 1208. 2) *Potius contra Graecos, qui Wilhelmi fines invaserant, ut G. Frid. habent.* 3) *Qua via imperator Italiam intraverit, expressis verbis non designatur G. Frid. III,* 26. 4) *Cf. G. Frid. III,* 44. 5) *Cf. etiam G. Frid. III,* 39. 6) *Ad voces cf. supra p.* 4, *n.* 3. 7) *Immo antea. Nota etiam in sequentibus auctorem Cremensem et priorem Mediolani obsidionem confudisse.*

1159. (Iul.). congressi Wernherum[a] Italicum[b. 1] marchionem prestantissimum cum multis aliis occiderunt[2], de cuius nomine[c] dici- G. Fr. III, 38—45. tur adhuc Wernheri markia[3]. Ex ipsis autem civibus 1158. cottidie multi passim machinis[4] et congressionibus perimebantur, ac diversa sorte pessundati multis malis atterebantur. Cives itaque cesaris impetum non sustinentes — arta quippe obsidione omnibusque bellicorum instrumentorum machi- ib. III, 47. nis[4] impugnatos admodum attriverat — condiciones pacis, mediante Friderico duce de Rotinburch, Heinrico[d] duce Bawarie[e] et Saxonie[5], Bertolfo[f] duce Zaringe[g], necnon et rege Boemie[h. 6], ab imperatore querunt multoque auri pondere imperatrici collato necnon infinita peccunia imperatori vix impetratam tali modo accipiunt. Imperatore ad impetrata, ut iam dictum est, vix assensum dante, pace data dies statuitur[7], qua cives dediticii[i] se suaque omnia in manus cesaris contraderent sicque obtentu principum (Sept. 8). gratiam eius invenirent. Qua veniente imperator procul a civitate per IIII^or ferme miliaria Latina secessit ibique tribunali ambiciosissime instructo cum frequencia principum resedit, cuncto exercitu per turmas suas tractu longissimo[k] a civitate usque ad locum[l] tribunalis extento[8] tociusque militaris glorie apparatu decentissime G. Fr. III, 48. instructo. Via itaque per medium exercitum usque ad imperatorem civibus patefacta, primo procedit archiepiscopus[9], sacerdotalibus[m] indutus[10], nudis pedibus[n], cum omni clero

a) Werhnerum 2. b) yt. 2. c) nomine *a scriba in marg. suppl.* 1. d) Henr. 2. e) *primum* -a- *e corr.* 1. f) *super* -f- *alio atram. superscr.* d 2. g) Zaringe *alia manu mut.* Zaringie 1. h) Bohemie 2. i) dedicii 2, *sed certo legendum est* dediticii *(et infra p.* 18, *n.* a dediticias*), ut paret p.* 25, *n.* a; *post* cives *sequitur* d *erasum et spatium vacuum trium vel quatuor litterarum* 1. k) longisissimo 2. l) log 1. m) socerdotalibus 2. n) pedib; *alia fortasse manu corr.* pedibus, -is *in loco raso, sequentibus circiter* 11 *litteris erasis, ubi fortasse scriptum erat* sagis induti exertis 1.

1) Anconae *G. Frid. IV,* 48. 2) *Mors Wernheri II. marchionis in Cremae, non Mediolani obsidione evenit.* 3) *Anconitana marchia. W.* 4) *Haec magis ad Cremae quam ad priorem Mediolani obsidionem pertinent. Sed cf. Vincent. Prag. a.* 1158, *MG. SS. XVII, p.* 674. 5) *Perperam; nam Heinricus Leo priori Mediolani obsidioni non interfuit. Sed a.* 1160. *in deditione Cremensium intercessit, G. Frid. IV,* 70. 72, *quae auctor turbavit.* 6) *Wladislao II. Mediolanenses* primo regem Boemiae ducemque Austriae, dehinc mediantibus illis alios principes *convenisse G. Frid. III,* 47. *tradunt.* 7) *Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 674, *l.* 35. 8) *Cf. Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 674, *l.* 50: licet tentoria imperatoris a portis Mediolanensium satis fuerint remota, processio tamen illa a predictis portis usque ad tribunal imperatoris durabat. 9) *Otbertus.* 10) *Cf. Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 674, *l.* 46 *sqq.;* prelatis crucibus *G. Frid. III,* 48.

et ceteris ordinibus ecclesiasticis, simili[1] habitu, lugubri *G. Fr. III, 48.* facie reliquias sanctorum gestantes. Post hos consules aliarumque dignitatum barones cum omnibus libere condicionis[a] ordinibus, nudis pedibus, sagis induti[2], exertis gladiis collo impositis. Post hos servilis conditionis cum omni vulgo torque[b] collo innexo eadem via suo quisque ordine venientes pedibus imperatoris provolvuntur seque maiestatis reos verbis et gestibus profitentur[3]. Principibus ergo pro eis supplicantibus subiectioneque omnimoda sacramentis firmata, imperator ad misericordiam flec- *G. Fr. III, 49. 50.* titur ipsosque vite et civitati pristinisque honoribus[c] redditos de malis peiores — sicut in sequentibus ostendemus — reddidit, sicque soluta obsidione cum exercitu discessit.

12. His diebus Petrus Lombardus et Petrus Manducator apud Parisius magistri insignes claruerunt multaque ecclesie profutura conscripserunt. E quibus Lombardus librum Sententiarum IIII^or^ distinctionibus ordinatum confecit[4], in prima distinctione de Trinitate[d], que Deus est, subtilissime tractans, in secunda de creatione rerum primordialium, in tercia de incarnatione verbi, in quarta de sacramentis ecclesiasticis. Preter hec[e] Apostolum[5] necnon Psalterium per[f] continuas glosas luculenter admodum exposuit Deoque digna conversatione degens apud Parisius vita decessit[6]. Alter vero, 1160. Manducator[7] scilicet, conversatione et studio huic non dispar, librum Scolastice Hystorie utilissimum confecit a principioque Geneseos incipiens Pentateuco[g] librum Iosue Iudicumque et Ruth continuavit libroque Regum Paralipomenon includens cum ultimis Ysaie[h] Tobiam[i] complectitur transmigrationeque cum morte Godolie et visionibus Danielis descripta Esdram, Hester, Iudit librumque Machabeorum diligenter prosequitur. Exin

a) condiciones *alia manu corr.* -nis 1. b) torq̄;, ; *erasum* 1. c) -que *add., sed erasum* 1. d) -tati *corr. alia manu* -tate 1. e) in *secunda manu supra lin. add.* 1. f) per *om.* 1. g) Pentateucos 1. h) Ysaye 2. i) Thobiam 2.

1) humili habitu *G. Frid. III,* 48. 2) abiecta veste *G. Frid. l. c.* 3) *Cf. Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 675, *l.* 5 *sqq.* 4) *Cf. M. Grabmann, 'Die Geschichte der scholastischen Methode' II* (1911), *p.* 359 *sqq.* 5) *Pauli epistolas. Cf. H. Denifle, 'Die abendländischen Schriftausleger bis Luther über "Iustitia Dei" und "Iustificatio"', Mainz* 1905, *p.* 56 *sq.* 6) *Die* 20. *Iulii a.* 1160 *(potius quam* 1164*). Fuit episcopus Parisiensis a.* 1159—1160. 7) *Vel* Comestor *(sc. librorum), Trecensis, qui cancellarius ecclesiae S. Mariae Parisiensis a.* 1164—1178. *occurrit.*

Iosephum secutus a Iohanne Hircano usque ad regnum Herodis nativitatemque Christi hystoriam deducit euangelioque complexo in Actibus apostolorum opus totum concludit, obscura queque dilucidans[a], ambigua certa faciens, tradicionesque Hebraicas cum incidenciis hystoriarum notas faciens ecclesiasticarum tradicionum diversas species inducit. Preter hec librum sermonum mira subtilitate composuit[1], in quo preter alia utilia moralitatem mentibus legencium miro modo inculcavit.

G. Fr. IV, 52. 1159. *(Sept. 1).* *13. Anno dominice incarnacionis $M^{o}C^{o}L^{o}IX^{o}$ Adriano papa mortuo factum est scisma in electione, quibusdam Octavianum cardinalem, Victorem vocatum, eligentibus, aliis Rolandum cancellarium, Alexandrum dictum, intronizantibus. *p. 309 *ib. IV,* 60 *sqq.* Divisis itaque tali scismate cardinalibus, novem numero in parte Victoris, undecim [2] in parte Alexandri consistentibus, res ad imperatorem refertur. Qui habito principum consilio ab ipsisque[b] tale scisma maiestate imperatoria sedandum esse data sentencia generalem curiam omnibus regni principibus ad ineundum pro statu[c] ecclesie concilium[d] Papie in epiphania[e] Domini[f, 3] indixit[g]. Missisque litteris suis omnibus cismarinis regibus, utpote regi Ungarie, Anglie, Dacie et omnibus regibus Hyspanie[h], ut episcopos suorum regnorum ad hoc concilium[d] pro instanti[i] ecclesie necessitate dirigerent, rogavit[4] datoque conductu[k] utrique[l] electo cum partibus[m] suis ambos ad[n] concilium[d] citavit[5]. Extant diverse ad diversos utriusque partis de hac causa epistole, suum queque pars electum canonizare cupiencium, sicut in Gestis Friderici imperatoris[o] ab Ottone Frisingensi episcopo[6] plenarie describitur. Igitur ex *G. Fr. IV,* 74—82. omnibus mundi partibus ecclesiasticorum[p] et secularium principum personis cum infinita multitudine clericorum, lai-

a) delucidans 2. b) -que *om.* 1. c) stratu *corr.* statu 2. d) consilium 2. e) epyphania 2. f) Domini *om.* 1. g) edixit, e- *alia manu suppl.* 1. h) Hisp. 2. i) statu *alia manu mut.* status 1. k) coductu 2. l) utroque 2. m) electo cum parti- *in loco raso* 1. n) ad *supra locum rasum* 1. o) -is *alia manu suppl.* 1. p) *ita Muratori, Ussermann, Böhmer;* ecclesiasticarum 1. 2.

1) *Cf. L. Bourgain, 'La chaire française au* XIIe *siècle', Paris* 1879, *p.* 122 *sq.* 2) XIV *G. Frid. IV,* 62. 3) in octava epiphaniae *G. Frid. IV,* 65. 66. 4) *Extat epistola Heinrico II. regi Angliae directa, MG. LL. Constit. I, nr.* 183, *p.* 254 *sq. In epistolis a Rahewino receptis imperator ipse se* omnes episcopos imperii *sui* et aliorum regnorum, Franciae videlicet, Angliae, Hispaniae atque Ungariae, *evocasse dicit, G. Frid. IV,* 65. 66. 5) *Extat epistola Rolando cancellario (Alexandro papae III.) directa G. Frid. IV,* 65. 6) *Potius a Ragewino Ottonis continuatore. W.*

corum, nobilium sive ignobilium, ad hanc curiam Papiam *G. Fr. l. c.* confluentibus, concilio[a] ab episcopis habito, exclusis primum 1160. cum imperatore laicis, Octavianus[b] qui et Victor cum sua *(Febr.).* parte iudicio istius concilii[c] se presentavit seque iudicium ecclesie humiliter subire profitetur[d]. Růlandus[e] autem qui et Alexander cum sua parte se canonice, utpote a maiori et saniori parte, electum affirmans[1] nec summum pontificem a laico citari omnesque ipsius iudicio subiacere et ipsum a nemine iudicari debere contestans huic concilio[a] se absentavit nec responsales aliquos pro se destinavit. Cuius absentacione concilio presidentes permoti electionem domini Victoris canonicam iudicantes Alexandro reprobato ipsum in summum pontificem favente imperatore omnibus presentibus receperunt omnique obediencie reverencia ei exhibita, pedibus eius utpote apostolici cum oblationibus osculatis, concilium solvitur, ascendentique equum imperator strepam pro sacerdotali reverencia tenens se fautorem et auctorem[f] promocionis ipsius ostendit. Alexander autem cum maiori parte cardinalium vim cesaris non sustinens Urbe cessit[2] ac in partes Apulie, Calabrie et Sicilie[3] apostolica nichilominus utens auctoritate se contulit fautoresque Victoris cum concilio Papiensi detestans[4] in potestate Willehelmi[g] regis Sicilie mansit aliquamdiu.

14. Anno ab incarnatione Domini M⁰CLX. Fride- 1158. ricus imperator convocatis omnibus Italicis[h] baronibus ge- *(Nov.). G.Fr. III,*53. neralem curiam apud Roncaliam cum maximo principum *IV,* 1—10. conventu celebravit ibique renovatis antiquis legibus novas de suo promulgavit ac diversis imperii negociis expeditis iura disueta[i] in consuetudinem reduxit et, quo iuris genere civitates Italice[k] subiacerent imperio, iudicialiter exquisivit.

a) consilio 2. b) Octovianus 2. c) consilii 2. d) -i- *alio atram. in loco raso* 1. e) Rǒl. 2. f) *sequuntur circiter 7 litterae erasae* 1. g) Wilhelni 2. h) yt. 2. i) *ita* 1. 2; desueta *Urstis.* k) ytalie 2.

1) *Cf. epist. Alexandri, G. Frid. IV,* 61. 2) *Iam multo ante concilium Papiense a.* 1159. *Sept., paulisper tantum a.* 1161. *Iun. Romae moratus.* 3) *Perperam. Anagniae et Terracinae aliisque patrimonii Romani locis Alexander moratus est, dum a.* 1161. *Dec. exeunte nave conscensa, Ianuae aliquamdiu moratus, a.* 1162. *Mart. exeunte in Franciam navigaret, unde a.* 1165. *Nov. Romam reversus inde ab a.* 1167. *diutius in regno Siciliae apud Beneventum exulavit.* 4) *Iam a.* 1159. *Sept.* 27. *Terracinae Victore anathemate percusso (Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 10587*) Alexander a.* 1160. *Mart.* 24. *Anagniae imperatorem omnesque Victoris adiutores sollemniter excommunicavit, Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 10628.

G. Fr. l. c. Quod a principibus et legum dominis[a, 1] diligenter examinatum generali omnium sentencia adiudicatur omnia regalia civitatum, utpote monetas, telonea[b], navigia, necnon et dignitates potestatum[c], consulum, iudicum ad ius spectare imperii electasque a civibus[2] ad has dignitates personas de manu imperatoris iure beneficii easdem suscipere nec *G. Fr. IV, 7. 8.* sine eius consultu susceptas deponere. In hac etiam curia iam per multa tempora oblivioni et neglectui datos ad XXXª milia talentorum annuos reditus imperio acquisivit[d]. Preterea vectigalia antiquitus constituta necnon exactiones pro imperii necessitate exigendas[e] in rationem cesaris, ubi, quando et a quibus et quomodo tractentur, *G. Fr. IV, 13. 23 sqq.* decretum est et edicto confirmatum. Ad que promulganda et instituenda nuncii imperiales[3] per Italiam destinantur, inter quos precipui cancellarius, Otto palatinus de Witilinsbach[f], Wido comes Blanderanensis[4], Gozwinus[g] comes fuerunt. Qui peragratis[h] eadem de causa pluribus 1159. *(Ian.).* civitatibus[5] Mediolanum venerunt convocatisque in concionem civibus decreta imperialia pandunt[i, 6] et ad hec *ib.* exequenda constanter insistunt. Cives, utpote talium insueti, edicta imperialia spernunt expulsisque cum dedecore legatis rebellionem toto nisu denuo moliuntur. Igitur legati vix fuga elapsi ad imperatorem redeuntes suam iniuriam rebellionemque Mediolanensium referunt ipsumque ad ulciscendum summopere incitaverunt. Qui nil moratus ignominiam imperii principibus conquestus militem instaurat contraque Mediolanum procinctum movens igne ferroque cuncta demolitur. Liguribus itaque pro posse resistentibus, cesar *G. Fr. IV, 51.* *inito cum Papiensibus consilio ipsos ad rapienda Mediola- **p. 31* nensium in pascuis peccora inmisit, se cum lectissimis militibus in insidiis collocans[7]. Papienses itaque ad raptum

a) d'nis *alio atram. corr.* dn̄is 1. b) tenolonea *corr.* telonea 1; thelonea 2. c) postestates 2. d) aquisivit 1. e) *ita* 1. 2; *lege* exigendae. f) Wītilisbach 2. g) *super* -o- *locus rasus et* -z- *in loco raso* 1. h) peragrās, *ut videtur, corr.* peragratis 2. i) pand'ut 1; panderunt 2.

1) *Bulgaro, Martino, Iacobo, Hugone Bononiensibus cum aliis. Cf. F. C. de Savigny, 'Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter', ed.* 2, *III (*1834*), p.* 170 *sq.* 205. 2) *Aliter G. Frid. IV,* 9; *cf. Constitutio pacis, ib. IV,* 10, *MG. LL. Constit. I, nr.* 176, *c.* 5, *p.* 246. 3) Nuntii imperatoris *Vinc. Prag. a.* 1159, *SS. XVII, p.* 676, *l.* 15. 25, *cf. p.* 675, *l.* 52. 4) Comes Blanderatensis *nominatur G. Frid. IV,* 23, *sed non inter legatos imperatoris, de quorum tamen numero fuit secundum Vinc. Prag. l. c. p.* 675, *l.* 55. *Praenomen* Widonis *habes ex. gr. G. Frid. III,* 45. 5) *Ita Vinc. Prag. l. c. p.* 676, *l.* 1; *cf. G. Frid. IV,* 23. 6) *Cf. Vinc. Prag. l. c. p.* 676, *l.* 9. 7) *Cf. Vinc. Prag. l. c. p.* 677, *l.* 17 *sqq.*

peccorum effusos eaque abigentes[a.1] totis viribus Medio- [*G. Fr. IV, 51.*] lanenses insecuntur, cesaremque ordinatis legionibus ex insidiis erumpentem incidunt[b], eique necessitate cogente bello congrediuntur. Cuius impetum ferocitatemque Teutonicorum[2] in acie non ferentes, multis occisis, quingentis[c.3] de nobilioribus captis, fugam ineunt et se in civitatem receperunt. Sicque imperator victoria potitus magnifice de Mediolanensi- [1159. *(Iul. 15.)*.] bus triumphavit[4], ac castellum Trecense, ubi presidia eorum [*G. Fr. III, 32.*] fuerant, aggressum expugnavit captisque vel occisis castellanis [1158. *(Iul.)*.] suos inibi collocavit[5]. Ligures itaque[d], cesare exinde digre- [*G. Fr. IV, 37.*] diente, civitate effusi expugnatum castellum funditus destruunt captisque cesarianis Latinos tormentis adactos occidunt, [1159. *(Apr.)*.] Teutonicis reservatis[6].

15. Anno dominice incarnationis M⁰C⁰LX⁰I. Fridericus imperator vires imperii omnibus Ytalicis in Mediolanensibus ostensurus coacto in unum exercitu ad futurum certamen se modis omnibus preparavit[e] missisque [1159.] ad Cisalpina litteris[7] ex omnibus imperii finibus auxilia contraxit. Rex quoque Ungarie[8] cohorte[f] militum cum sagittariis cesari missa exercitum ampliavit. Itaque ex diversis regnis et regionibus exercitu coadunato primo in auxiliarios Mediolanensium arma convertit ac Placentinos in multitudine turrium suarum confidentes[9] obsidione cinxit fortique aggressione expugnatam, turribus universis deiectis, civitatem ipsam solo coequavit[10]. Exin

a) abigentib; *corr.* abigentes 1. b) inciderunt 2. c) quingentes *alia manu corr.* -tis 1. d) itaque *om.* 1. e) p̄pavit 1. f) co- *superscr. eadem manu* 1.

1) Iam enim predam abigere coeperant *G. Frid. IV,* 51. 2) *Cf. infra c.* 20, *p.* 24, *l.* 2; *c.* 23, *p.* 33, *l.* 1 *sq.; c.* 35, *p.* 53, *l.* 1; *E. Dümmler, 'Über den furor Teutonicus', in 'SB. der Akad. der Wiss. Berlin'* 1897, *p.* 119; *F. G. Schultheiss, 'Geschichte des deutschen Nationalgefühles' I* (1893), *p.* 221 *sqq.* 3) 600 *imperator ipse in epist. ad Albertum episc. Frising., G. Frid. IV,* 51; cepit milites trecentos *Gesta Federici I. imp. in Lomb. ed. Holder-Egger, p.* 37, *(SS. rerum German.).* 4) *Cf. Vinc. Prag. l. c. p.* 677, *l.* 26. 5) *Hoc perperam hic insertum est.* 6) *Quod re vera ante cladem supra relatam factum est.* 7) *Similia Rahewinus Gesta Frid. IV,* 28. *ad a.* 1159. *tradit. Sed vere anni* 1161. *non pauci principes milites trans Alpes duxerunt.* 8) *Geisa II. a.* 1158. *quingentos 'Sarracenos' misit, Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 667, *l.* 15 *sqq.; plures promisit a.* 1159, *G. Frid. IV,* 24. *Quo a.* 1161. *Maii* 31. *mortuo imperator cum Ladislao II. rege frustra de eadem re egit; Burch. epist. ad Nicol. abb. Siegburg., Sudendorf, Registrum II, p.* 137. 9) *Cf. ex. gr. Iudith* 9, 6: confidentes . . . in multitudine bellatorum; *ib. v.* 9: qui confidunt in multitudine sua. 10) *Haec fabulosa. Rahew. G. Frid. IV,* 11. *Placentiae vallum et turres ex sententia iudicum curiae imperalis a.* 1158. *destructa esse tradit; cf. ib. IV,* 31; *MG. LL. Constit. I, nr.* 206, *p.* 287 *(a.* 1162. *Maio).*

ad Mantuanos divertens cunctis ad eos pertinentibus
igne ferroque profligatis[1] ipsos ad dedicionem coegit[2]
omnesque civitates Mediolanensibus faventes simili modo
1158. aut dediticias[a] fecit aut funditus evertit novamque Lau-
(Aug. 3). dam[3] inter Mediolanum et Placenciam ad receptionem
exercitus a fundamentis edificavit et in ea sedem belli[4]
contra Mediolanenses constituit. Igitur Mediolanenses
undique bello videntes se impeti futuris cladibus idoneos
omnimodis se preparant, fossatis, muris, turribus ac di-
versis missilium machinis, armis ac ciborum ad ferendam
obsidionem necessariis civitatem suam tota[b] industria
muniunt seque ad resistendum summo nisu instruxerunt,
sed inaniter. Nam animositatem cesaris pondusque im-
perii ferre non prevalens contra impetum fluminis conari[5]
esse periculosum maiestatique non cedere stultum Medio-
lanum civitas egregia[c], caput Ligurie[6] tociusque flos
Ytalie, funditus eversa liquido demonstravit.

1159. cf. G. Fr. IV, 46. 16. Anno incarnationis dominice M⁰CLXII⁰ impera-
trix comitante eam Cônrado[d] Augustensi episcopo necnon
et Welfo dux multique nostrarum parcium nobiliores cum
milicia transalpinantes imperatori[7] coniunguntur[e], coactoque
in unum corpus toto exercitu et ad C milia pugnatorum
1161. computato Mediolanum denuo obsidione cingitur ac di-
versis machinis tota industria impugnatur. Cives autem
necessitate cogente — nichil quippe necessitate pugna-
tius[f, 8] — pro patria, pro parentibus, pro liberis et
uxoribus, postremo pro vita[9] sepius audacissimis erum-
pentes incursibus fortiter resistunt, missilibus[g] insuper
sagittis iaculis de propugnaculis[h] hostes arcentes. Cesar
autem dispositis undique contra incursus eorum presidiis

a) *ita scripsi;* dedicias 2; dedi, *sequente spatio raso unius litterae* 1; dedi *Urstis.; cf. p.* 25, *l.* 11. b) *ita* 2; totam 1; *cf. infra c.* 16, *l.* 24; *c.* 20, *p.* 23, *l.* 25. c) egg^{e}ia 1. d) Cûnr. 2. e) coniug. 1. f) pugnācius 2. g) -ssi- *supra lin.* 1. h) propign. *corr. alia manu* propugn. 1.

1) *Ad voces cf. supra c.* 2, *p.* 4, *l.* 17; *infra c.* 18, *p.* 21, *l.* 6; *c.* 20, *p.* 27, *l.* 10. 2) *Haec fabulosa.* 3) *Ad Adduam fluvium sitam a Lauda vetere ex oriente.* 4) *Lucan. Phars. II, v.* 394: Haec placuit belli sedes; *infra c.* 36, *p.* 55, *l.* 13. 5) *Eccli.* 4, 32: nec coneris contra ictum fluvii; *cf. Otto Fris. Chron. II,* 24, *p.* 94 *A. Otto, 'Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer', Leipzig* 1890, *p.* 139 *sq.* 6) *Cf. G. Frid. II,* 13, *ed. de Simson p.* 114. 7) *Qui in obsidione Cremae constitutus erat. Seriem rerum auctor turbavit.* 8) *Cf. Hegesipp. De bello Iud. III,* 9 *(allatum G. Frid. II,* 21, *p.* 124*)*: Nulla enim res promptiorem bello militem reddit quam necessitas proeliandi et praeruptum periculum; *Sall. Catil.* 58, 19: necessitudo, quae etiam timidos fortes facit. 9) *Cf. Sall. Catil.* 58, 11: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus.

ipsos diversis missilium machinis, balistis, arietibus omnique telorum genere aggreditur, militibus in conspectu cesaris pro gloria, honore, premio, ambicione, ostentatione alacriter pugnantibus, multis hinc inde passim procumbentibus. Tandem diversis attriti[a] cladibus miseri cives 1162. (Mart. 1).
dextras petunt ac[b] multis modis iram cesaris sedare temptantes nullo modo nisi hac sola condicione proficiunt, scilicet ut traditis armis civitatem[c] relinquentes (Mart. 6—7. 19.).
egrediantur[d], vita tantum rebusque necessariis, licet exiguis[e], sibi indultis. Quo pacto accepto cum maximo luctu egressi hostibus civitatem relinquunt ac sub oculis dilecta menia omnimodis destrui[f] conspiciunt. Ingressus (Mart. 26).
enim imperator cum toto exercitu inmensa ac ditissima spolia in ecclesiasticis thesauris aliisque rebus preciosis diripuit[1], reliquiisque sanctorum, quibus hec civitas egregie nobilitata fuit, per ecclesias collectis ac cum magna reverencia asportatis, tres Magos, qui[g] cum muneribus stella duce Christum in cunabulis adoraverunt[2], inibi inventos Reginoldo Coloniensi episcopo, qui in hac obsidione cum sua milicia precipue claruit, dono dedit[3], quos venerabilis pontifex[h] ad Cisalpina transferens Coloniensi ecclesie intulit hisque[i] patronis totam Ger- 1164. (Iul. 23).
maniam illustrans[k] universam Teutonicorum gentem magnifice nobilitavit. Incorrupti enim et quasi adhuc vivi in singulis de precioso metallo sarcophagis[4] in eadem ecclesia actenus[l] reservantur. Igitur cesare, ut prescriptum est, Mediolanum ingresso, muro diruto, turribus 1162. (Mart. 26).
11. deiectis, totam civitatem a *fundamentis evertit[m.5] ac omnimodis inhabitabilem[6] reddens igne postremo reliquias omnino consumpsit divisisque in IIII[or] partes civibus, regione inculta ipsis ad inhabitandum concessa, IIII[or] eos oppida edificare iussit ipsosque, ut dictum est, (April. ex.)
per partes divisos ea[n] incolere fecit. Igitur confecto bello Ligurico imperator principibus grates pro industria

a) atti (i superscr.) 1. b) a (i subscr.) 2. c) civitatem *om.* 1; urbem rel. *Urstis.* d) -a- *et* -ur *in loco raso* 2. e) exigs, [i] *alia manu in loco raso* 1. f) desstrui 1. g) qui *alia manu superscr.* 1. h) quos ven. pontifex *a scriba in marg. suppl.* 1. i) Isque 2. k) -ll- *e corr.* 1. l) actenus *alia manu mut.* hactenus 1; hactenus 2. m) evertit *versu exeunte om.* 1. n) eos 2.

1) *Deut.* 3, 7: spolia urbium diripuimus. 2) *Matth. c.* 2. 3) *A.* 1164; *cf. R. Knipping, 'Die Regesten der Erzbischöfe von Köln' II, nr.* 804. 4) *In una arca magnificentissime ex auro et gemmis elaborata.* 5) *Ad vocem cf. infra c.* 18, *p.* 21, *l.* 10. 6) *Ex gr. Ierem.* 48, 9: civitates eius desertae erunt et inhabitabiles.

1162. referens militibusque[a] dona pro meritis liberaliter largiens nobili triumpho repatriavit ac multis diebus desolatam sua presencia Germaniam cum inestimabili tocius exercitus tripudio demum revisit ac aliquamdiu cis Alpes manens, colloquia diversa in diversis regni locis pro negociis imperii cum principibus habens, cuncta pro libitu bene disposuit ac iudicia exercuit.

1163. 17. Anno dominice incarnationis M°C°LXIII. Fridricus[b] imperator tercia vice, sed sine instructu bellico, Italiam[c] ingreditur inibique[d], sicut et in Germania, diversis placitis cum Italicis[c] baronibus per loca habitis negocia[e] imperii iudicialiter exercuit ac per aliquod[f] tempus cum eis quietus permansit[1].

1164. 18. Anno dominice incarnationis M°C°LXIIII. Vic-
(April. 20). tore uno pontificum Rome[2] defuncto[g], Pascalis[h] ab hiis[i],
(April. 22). a quibus et Victor prius electus est, substituitur, Alex-
1164. andro adhuc sedente[k]. Eodem[3] anno Hugo palatinus de Tuingin[4] tres latrones, quórum duo sui homines erant, tercius ducis Welfonis, apud Moringin[5] capiens, suos[l] abire permisit, suspenso illo, qui Welfonis erat. Pro quo Welf[m] iunior permotus maxima indignatione in palatinum exarsit et igne ferroque acceptam iniuriam ulciscitur. Palatinus itaque a duce artatus ad Fridricum[n] ducem de Rotinburch, filium Cŏnradi[o] regis, se contulit auxiliumque eius contra Welfonem nanciscitur[p]. Igitur Welf[q] Bertoldo duce de[r] Zaringin[s], [6] in adiutorium ascito ac ab utroque summo studio exercitu congregato contra palatinum et ducem Fridricum[t] procinctum movent ipsosque apud Tuingin[u] invadunt, a quibus non segniter

a) militib⁹; *corr. a scriba* militibq̊; 1. b) *in marg. alia manu add.* I⁹ 1; Fridˢicus 2. c) yt. 2. d) in- *a scriba superscr.* 1. e) -a *in loco raso* 1. f) aliquot 2. g) deffuncto 2. h) Paschalis 2. i) his 2. k) cedente 2. l) *alterum* -s *alia manu superscr.* 1. m) Welfo 2. n) Fridericum 2. o) Cŏnradū *corr. radendo* -radi 1; Cŭnr. 2. p) *prius* -c- *e corr.* 1. q) Wef 2. r) de *om.* 2. s) *ita* 2; Zir. *corr.* Zer. 1. t) Frider. 2. u) *prius* -n- *alia manu superscr.* 1.

1) *Mense Octobri a.* 1163. *Italiam ingressus imperator mense Octobri a.* 1164. *trans Alpes reversus est.* 2) *Immo Luccae, die* 20. *April.* 1164. 3) *Fortasse iam a.* 1163. *Cf. Hist. Welf. Weingart. c.* 30. 4) *Qui Elisabetham, filiam Rudolfi comitis de Bregenz et sororis Welfonis senioris, in matrimonio habuit; Walteri Hist. Marchtel. c.* 6, *SS. XXIV, p.* 665. 5) *'Möhringen auf den Fildern' teste L. Schmid, 'Gesch. der Pfalzgrafen von Tübingen',* 1853, *p.* 77, *qui disertius de hoc bello disputavit. W. S. Adler, 'Herzog Welf VI. und sein Sohn', Hannover* 1881, *p.* 67 *sqq. W. de Giesebrecht, 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' VI, p.* 439. 454. 6) *Aliisque multis, Hist. Welf. c.* 30.

excipiuntur cum expeditis militibus, consertaque pugna[1] 1164.
duces a palatino fugantur, captis de eorum exercitu[2] (Sept. 5).
nongentis[3] militibus. Quo infortunio filii[a] Welf senior inflammatus militem instaurat venienteque Bertoldo duce 1165.
cum milicia sibi in adiutorium cunctis rebus palatini igne ferroque profligatis[4] castrum Chelmunz obsedit ac post aliquod[b] dies expugnatum funditus destruxit. Exinde[c] ad castrum Hildratshusin[5] divertens simili modo expugnatum destruxit ac inde per Gilstin[d. 5] transiens turres ecclesie pro castello munitos[e] a fundamentis evertit[6]. Deinde[f] castrum Wilare obsidione circundedit. Ubi aliquantisper moratus castrum forti aggressione captum destruxit omnibusque palatini prorsus igne consumptis dimisso duce Bertolfo cum victoria in Sweviam rediit. Interim dux Fridericus de Rotinburc[g] educto 1166.
Boemico exercitu[7] Welfonem insequitur ac apud Gaizi- (Ian.).
burron morantem prima noctis vigilia de repente facto incursu Welfonem expergefactum cum suis in castrum Ravensburc[h] fugavit. Sed non inpune cessit eis hec temeritas. Nam quidam de nobilissimis Boemicis[i] baronibus a Heinrico de Landisberch in ipso impetu occiditur inibique cum maximo planctu a suis sepelitur, succensisque quibusdam Welfonis territoriis ad propria revertuntur.

19. Anno incarnationis dominice M⁰C⁰LXV. auditis 1164.
per principes in Cisalpinis partibus regni devastationibus (Oct.).
Fridricus[k] imperator ex Italia[l] regreditur[8], eiusque iussu[9] dimissis a palatino captivis militibus Welfonis

a) *ita recte Nauclerus (et etiam Urstis.)*; filius 1. 2. b) aliquot 2. c) Exin 2. d) gistim 2. e) *ita* 1. 2; munitas *Urstis.* f) Dein 2. g) Rotinburch 2. h) Ravensburch 2. i) Bohemicis 2. k) Fridricus 2. l) yt. 2.

1) *Die* 5. *Septembr.* 1164; *Schmid l. c. p.* 82. *W. Cf. Walteri Hist. Marchtel. c.* 5, *SS. XXIV, p.* 665. 2) *Quem* in duobus milibus et ducentis armatorum et eo amplius *fuisse Hist. Welf. c.* 30. *tradit.* 3) *Item Hist. Welf. c.* 30 *fin.; Flores temporum a.* 1165, *SS. XXIV, p.* 239. 4) *Exeunte anno* 1165. *W. Cf. Hist. Welf c.* 31. *Ad voces cf. supra c.* 2, *p.* 4, *l.* 17; *c.* 15, *p.* 18, *l.* 2; *infra c.* 20, *p.* 27, *l.* 10. 5) *De Hildrizhausen et Gültstein Hist. Welf. tacet.* 6) *Ad vocem cf. supra c.* 16, *p.* 19, *l.* 28. 7) Inter epiphaniam *(Ian.* 6*)* et purificationem sancte Marie *(Febr.* 2*) Hist. Welf. c.* 31. 8) *A.* 1164. *Nov.* 1. *Ulmae curiam habuit, ubi Welfo dux cum filio et Fridericus et Bertholdus duces aderant; Stumpf nr.* 4035. 9) *Item Ann. Isingrimi mai. a.* 1165, *SS. XVII, p.* 315, *l.* 1; *Chron. Ursperg. a.* 1165, *SS. XXIII, p.* 355; *Flores temporum a.* 1165, *SS. XXIV, p.* 239 *sq.; aliter Hist. Welf. c.* 31 *in.*

1166. (Mart.). generalis[a] curia in quadragesima[b] [1] apud Ulmam principibus indicitur. Quo Welf dux cum[c] fratruele suo Heinrico duce Saxonie et Bawarie et Bertolfo duce de Zaringin ac multis aliis terre maioribus perveniens ab imperatore honorifice[d] cum filio suscipitur, ac palatino, ut sine omni condicione in manus ipsorum se tradat pro iniuria ipsis illata aut[e] regno cedat, ab imperatore iubetur. Qui tribus vicibus coram duce Welf[2] in terram corruens, ipso suscipere dedignante, tandem receptus capitur captusque in exilium Reciam Curiensem ad castrum Nuinburch transportatur[3]. Sicque Welfone placato[f] imperator inde digreditur.

1166. *20. Anno incarnationis dominice M°CLXVI. Fridericus imperator sedata, ut dictum est, principum controversia ac bene dispositis in Germania rebus, ex omnibus regni visceribus congregato exercitu Alpes iam IIII[a] vice transcendens[4] procinctum movit in Italiam[g] inde- *p.
1167. que Appenninum transiens[5] ac per Tusciam[5] exercitum ducens in markiam Anconianam[h] divertit et
(Maio ineunte). Anconam urbem rebellem obsidione cinxit. Interea Regi-
(Martio in.) noldus Coloniensis archiepiscopus antea[6] pro negociis imperii ab eo digressus, dum cum sua milicia rediret ad
(Maio). cesarem, in castrum Tusculanense iuxta Romam aliqua tractaturus[i] divertit. Quod ab exploratoribus Rome compertum, Romani tota urbe effusi et ad triginta milia
(Maii 27). armatorum[k] computati archiepiscopum in castro in ignominiam cesaris obsidione de[l] repente concludunt. Quod imperatori Ancone[m] nunciatum[7], convocatis principibus, utrum archiepiscopo dimissa Anconiana obsidione subveniendum esset necne, consuluit, quod quibusdam[n] prin-

a) genalis 2. b) XL 1; X͞L 2. c) ī (= in) 1. d) honorice 1. e) aù 1. f) placato *om. versu exeunte* 2. g) yt. 2. h) Anconianam *alia fortasse manu mut.* Anconitanam 1; Anchonianam 2. i) tracturus *corr. alio atram.* tractaturus 1. k) *ita* 2. *Nauclerus;* pugnatorum 1. l) de *radendo mut.* & (= et) 1. m) Anconie 1; Anchone 2. n) a *ante* quibusdam *suppl. Urstis.*

1) In feria tercia capitis ieiunii *(idest die Martis post diem cinerum [= Mart. 15]? sed cf. Stumpf nr.* 4066, *d.* 8. *Mart. a.* 1166*) Hist. Welf.* c. 31. 2) *Iuniore secundum Hist. Welf. c.* 31 *fin.* 3) *Post annum et dimidium, Welfone iuniore a.* 1167. *mortuo, liberatus est; Hist. Welf. c.* 31 *fin.; Flores temp., SS. XXIV, p.* 240. 4) *Exeunte mense Octobri* 1166. *W.* 5) *Minime.* 6) *Imola mense Martio ineunte ab imperatore dimissus, ut una cum Christiano archiepiscopo Maguntino, qui primum Januam adiit, per Tusciam Romam versus progrederetur; Vinc. Prag. a.* 1167, *SS. XVII, p.* 683. 7) *Ea quae sequuntur a vero quam maxime abhorrent; cf. Thomae p.* 35; *C. Varrentrapp, 'Erzbischof Christian I. von Mainz', Berlin* 1867, *p.* 30 *sqq.*

cipibus et maxime laicis sinistram famam de obsidione solvenda metuentibus dissuadetur. Hac dissuasione principum egregius archiepiscopus Maguncie Christianus accensus indigneque ferens, quod laici principes se suosque compares ita parvipensos periculo relinquerent, convocatis suis omnibus et aliis, quos prece vel[a] precio potuit adipisci, quingentos milites et sariandos[b, 1] octingentos[2] ad bellum instructissimos coadunavit, sicque contra Romanos versus Tusculanum ad liberandum archiepiscopum iter flectit. Quo perveniens locatis ex opposito illorum castris[3] Romanos ea die tantum ad quietem exercitus sui pro pace per internuncios interpellat, virtutem liberalitatis antiquorum Romanorum eis ad memoriam reducens, per hoc postulata ab eis adipisci existimans. Ipsi autem in his et in aliis omnibus antiquis omnino dissimiles se nolle acquiescere postulatis respondent, sed ipsum omnemque eius exercitum volucribus celi et bestiis terre in escam super faciem terre ea die se daturos[4] arrogantissime minantur et sic dimissa obsidione triginta milia pugnatorum[5] contra quingentos[6] milites Teutonicos in aciem deducunt. Archiepiscopus autem tali responso ab eis recepto nequaquam territus — nec enim inexpers fuit ante laborum[7] — suos quamvis respectu[c] illorum paucissimos, sed tamen admodum exercitatos ad bellum promissis, minis, tota industria hortatur et, ne spem in fuga ponant, utpote a patria et exercitu[d] imperatoris quantum ad fugiendum remotissimi, sed genuine fortitudinis sue et innate hostium ignavie[8] memores pro

1167. (Maii 29).

a) l' *e corr.* 1. b) Caesarianos *Urstis.* c) respectu *om.* 2. d) exercitui 2.

1) *Vel sarientes i. e. servientes, unde Francogallis 'sergeants d'armes'; mercenarii milites (cf. Ragewinus I, 32 [G. Frid. III, 35]), qui ab aliis historicis hanc rem narrantibus 'brabanzons' dicuntur. Vide Ficker, 'Reinald von Dassel' p.* 110. *Cf. infra c.* 43. *W. A. Schultz, 'Das höfische Leben zur Zeit der Minnesinger' II*[2] (1889), *p.* 198. 2) Cum 500 fere sariantibus *Chron. regia Colon. ed. Waitz, p.* 117. 3) *Apud Montem Porcium.* 4) *Ierem.* 19, 7: dabo cadavera eorum escam volatilibus caeli et bestiis terrae; 16, 4: non sepelientur, in sterquilinium super faciem terrae erunt . . . et erit cadaver eorum in escam volatilibus caeli et bestiis terrae. 5) *Item* (plus de triginta milia) *Anon. Laud., SS. XVIII, p.* 651, *cf. Epist. Reinaldi, Sudendorf, Registrum II, p.* 148; 40000 *Reinaldus l. c. p.* 147, *alii; cf. Giesebrecht 'DKZ.' VI, p.* 464. 6) *Cf. Anon. Laud., SS. XVIII, p.* 651. 7) *Vergil. Aen. I, v.* 198: neque enim ignari sumus ante laborum, *ubi Otto Fris. G. Frid. II,* 40, *ed. de Simson p.* 148, inexpertes *pro* enim ignari *praebet.* 8) *Cf. Ottonis Fris. Chron. VII,* 20 *in.*

1167. vita totis viribus decertent[a. 1], exhortando magnanimiter concionatur. Videns autem milites Teutonica animositate[2] alacres — nam hortatu eius insuperabilis quodammodo alacritas menti eorum incidit — acies ordinat[b] et, qui primi committant, qui consertos hostes a latere irrumpant[c], qui subsidia pondere prelii[3] laborantibus ferant, semet ipsum ad ferenda cum lectissimis subsidia collocans, ordinanter disponit[d]. Et sic signis erectis extensisque in longum cohortibus Deo spem suam committens contra Romanos ad bellum procedit. Archiepiscopus autem Coloniensis cum castellanis et suis omnibus, qui ad trecentos[4] milites bene armis instructos erant[e] computati, ad subveniendum se modis omnibus preparavit et in castro usque ad congressionem silenter delituit[5]. Igitur bello commisso fractisque primitus militari concursu lanceis res gladiis agitur[6], sagittariis partis utriusque sagittis lucem diei in modum nivium obtenebrantibus. Et ecce Coloniensis cum expeditis militibus castello erumpens Romanos a tergo invadit eisque fortiter cedendo instat, sicque bello ante et retro circundati undique impugnantur. Romanis itaque tantum multitudinis inpressione pugnantibus, Christianus episcopus cum subsidianis[f] aciem illorum a latere irrupit eosque mediotenus dividens tribus in locis artificialiter disiunctos cecidit. Itaque multis occisis, pluribus captis Romani superati fugam ineunt ac Urbem versus a victoribus insecuti cruentissima cede mactantur. Presules itaque militibus a cede revocatis ad locum belli redeunt ac cum maxima leticia triumphantes noctem illam duxerunt. Mane facto Romani ad tollenda cadavera occisorum ad locum belli properantes per presules immissis in eos militibus fugantur[7] reversique ad Urbem vix evadunt. Tandem missis ad presules nunciis, ut amore sancti Petri et respectu christianitatis eis mortuos

a) dec*tent, * *alio atram. in loco raso* 1. b) *ita Wilmans*; ordināt 1. 2. c) -e irrū- *in loco raso* 1. d) disposuit 2. e) computati erant 2. f) *ita* 2; subsidiariis *Nauclerus*; sb̄sidionis *mut.* suis 1.

1) *Sall. Cat.* 58, 11, *supra p.* 18, *n.* 9. 2) *Cf. supra c.* 14, *p.* 17, *l.* 4; *infra c.* 23, *p.* 33, *l.* 1 *sq.* 3) 1. *Reg.* 31, 3: totumque pondus praelii versum est in Saul. 4) 140 *Chron. regia Colon. ed. Waitz, p.* 117 (106 *Epist. Reinaldi, Sudendorf, Registrum II, p.* 147). 5) *Cf. Oberti Ann. Ian. a.* 1167, *SS. XIX, p.* 74, *l.* 31: insidias Romanis posuerunt; *Romoald. Salern. Ann., ib. p.* 436, *l.* 22: positis insidiis. 6) *Cf. Sall. Cat.* 60, 2: pila omittunt, gladiis res geritur. 7) *Cf. Gotifr. Viterb. Gesta Frid. c.* 26, *v.* 617: tumulanda vetant (*sc.* agmina).

p. 313. *suos tollere liceat, suppliciter obsecrant. Quod a presulibus 1167. hac condicione est concessum, scilicet ut occisorum vel captivorum eo prelio numerum ex sua parte computantes sub attestatione iurisiurandi ipsis scripto presentarent et sic demum pace data mortuos suos ad sepulturam tollerent. Qua computatione facta invenerunt occisorum seu captivorum de suis hoc prelio numerum ad quindecim milia[1] dataque licencia cadavera occisorum demum cum maximo eiulatu tollentes sepelierunt.

His auditis apud Anconam cesar et omnis exercitus, Ancona dediticia[a] facta, soluta obsidione contra Urbem cum copiis tendunt ipsamque forti aggressione impugnantes invadunt[b]. Cives itaque superiori bello exhaustis[c] (Iul. 24). viribus enervati inprimis utcumque menia defendentes, cesari totis viribus Urbem irrumpenti maxima suorum clade accepta cedunt[d] et ad ecclesias et ad queque munita confugiunt et precipue ad Sanctam Mariam ante Sanctum Petrum et ad ecclesiam beati Petri, quam castelli vice munierant, congregati denuo pro posse resistunt. Milites autem cesaris ecclesias armata manu aggressi valvas ecclesie beati Petri *in securi et ascia deiecerunt* Ps. 73, 6. ipsamque ductore Fridrico[e] de Rotinburch infesta signa usque ad altare ferente occisione multorum polluerunt[2], sed et ecclesiam beate Marie igne succendentes, (Iul. 29). profligatis occisione sive captivatione inibi repertis, multa rapientes spolia profanaverunt, ut bene illud psalmiste ad litteram impletum esse videatur: *Quasi in silva lignorum* Ps. 73, 5. 6. 7. *securibus*[f] *exciderunt ianuas eius in id*[g] *ipsum, in securi*[h] *et ascia deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium*[i] *tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui.* Facta est hec irruptio Urbis[k] per Fridricum cesarem in Iulio mense, anno ab incarnatione Domini M°CLXVI.[3]. Cesar itaque hac utinam non consecuta victoria potitus, coronata imperatrice[4], ab Urbe recedit, (Aug.).

a) dedicia 2. b) invadunt *om.* 1. c) exhausti et, et *alia ut videtur manu in loco raso* 1. d) cederunt 2. e) Frider. 2. f) securibus *om.* 1. g) id *om.* 1. h) in securi *om.* 1. i) scū 1. k) Urbis *om.* 2.

1) *Supra novem milia Romanorum cesa, quinque milia et amplius capta esse Reinaldus ipse (Sudendorf, Registrum II, p.* 147; *cf. Chron. regia Colon.) tradit; fere* 9 *milia caesos, captos fere tria habet Appendix ad G. Frid. a.* 1168; ultra duo milia interfecti, plus de tribus mille capti *Anon. Laud., SS. XVIII, p.* 652. 2) *Quae, nescio an perperam, in dubium vocavit Giesebrecht, 'DKZ.' V, p.* 546. *VI, p.* 468 *sq.* 3) *Rectius* 1167. *W.* 4) *Die* 1. *Aug.* 1167. *W.*

1167. (Aug.). statimque pestilencia tactum exercitum pene omnino extinxit. Nam a maioribus incipiens, iuxta[a] illud Eze-
Ezech. 9, 6. chielis: *A sanctuario meo incipite*[1], primo in morte principum grassatur consumptoque in principibus capite dein[b] in reliquum corpus desevit[c] dira pestis. Nam Reginoldus archiepiscopus Coloniensis[2] et[d] Eberhardus Ratisponensis[3] et Gotefridus[e] Spirensis[f, 4] episcopi obierunt. Preterea in partibus Tuscie dux Fridricus de Rotinburc[g, 5] filius Cŏnradi[h] regis, Berengerus[i] princeps de Sulzbach[6], et antea[k, 7] apud Sienem Welf[l] iunior Welfonis ducis filius, cum aliis principibus, comitibus[m], liberis principumque ministerialibus, cum multitudine vulgi de exercitu hac pestilencia tacti occubuerunt. Ossa itaque Welfonis in Alemanniam translata a patre Welfone duce[n] cunctisque ipsius terre maioribus apud Staingadin[o, *] cum maximo planctu reconduntur necnon et Fridrici ducis[p] de Rotinburch simili modo apud Hebera[8] tumulantur.

*) 1 *ad* Staingadin *manu quae Liutoldi de Reginsberg videtur in marg. add.:* monasterium Premonstratensis ordinis Augustensis diocesis, *quae* 1 *a ante* Staingadin *in textum recepit.*

a) iusta 2. b) deiñ 1, *sed* ‾ *post additum videtur.* c) desaeviit *Urstis.* d) et *om.* 1, *sed ante et post* Eberhard⁹ *littera signumve erasum,* ⁹ *alio atram. additum est.* e) Gothefr. 2. f) *ultimum* -s *alia manu suppl.* 1. g) Rotinburch 2. h) Cůnr. 2. i) Beringerus 2. k) *ita* 1 (aña). 2; *haec vox num corrupta esset, dubitavit Wilmans.* l) Welfo 2. m) comittibus 1. n) duce *om.* 1. o) stangadin 2. p) duces *corr.* ducis 1.

1) *Similiter Chron. regia Colon. p.* 118. 2) *Die* 14. *Aug.* 1167. *W.* 3) *Die* 24. *Aug.* 1167, *Necrol. mon. super. Ratisbon., MG. Necrologia II, p.* 343; *diem* 31. *Iulii habet Necr. Weltenburg., ib. p.* 377. 4) *Die* 28. *Ianuarii secundum Necrol. Spir., ed. Reimer in 'Zeitschr. f. d. Gesch. d. Oberrheins' XXVI* (1874), *p.* 419, *quod propter Stumpf nr.* 4085. 4088. *ad a.* 1168. *referendum esse videtur.* 5) *Obiit [secundum Necr. Ebracense] die* 19. *Aug.* 1167; *cf. [Chr. F.] Stälin, 'Wirtemberg Gesch.' II, p.* 101. *W.* 6) *Gebhardi II. comitis filius, Conradi III. regis et Manuelis I. imperatoris Graecorum leviri; obiit d.* 21. *Aug.* 1167, *in monasterio Kastel sepultus; cf. J. Moritz, 'Stammreihe und Geschichte der Grafen von Sulzbach', in 'Abhandl. der Akad. der Wissensch. München' I,* 2 (1833), *p.* 272. 7) *Error nostri. Nam Welf iunior, teste Necrologio Weingartensi, [quocum septem alii conveniunt, MG. Necrol. I, p.* 228. 236. 85. 126. 204. *III, p.* 114. 128*] demum* 2. *Idus Septembris* (1167) *[12. Sept.; diem* 11. *Sept. habent Necr. Zwifalt. et tres alii, MG. Necrol. I, p.* 260. 26. 49. 136*], ergo post Fridericum de Rotinburch mortuus est. W. Nota simili errore mortem Welfonis in Necrologio Petrishusano saec. XII. diei* 11. *Augusti adscriptam esse.* 8) *Ubi etiam mater eius Gertrudis regina a.* 1146. *sepulta est.*

1167. Videntes itaque[a] Mediolanenses[b] vires augusti in exterminio[c] exercitus concidisse, mutatione rerum animati, presente augusto in sua vicinia[d] ex omnibus quibus dispersi erant locis congregati, ad ruinas urbis sue con- *(April. 27)*. versi sunt ipsamque totis nisibus ac sumptibus reedificaverunt[1]. Imperator vero morte suorum quamvis sauciatus admodum, tamen ignominiam talem a Mediolanensibus[e] sibi exhibitam ex necessitate temporis non dissimulavit, sed per episcopatum ipsorum transiens cuncta igne ferroque profligavit[2]. *(Sept.)* Ipsi vero iniurias suas ulcisci cupientes imperatorem ad montana tendentem armati insecuntur[3]. Apprehendens[f] itaque imperator obsides, quos ab eis acceperat, dum Mediolanum eorum civitatem[g] subverteret, eosque[h] in locis diversis suspendi precepit[4]. 1168. *(Mart. 9)*. Quos cum cesarem insequentes invenissent[i] suspensos, nimio terrore perculsi, unusquisque cadaver cari sui cum lamento reducens, cesarem insequi omiserunt. *(Mart.)*. Veniens igitur imperator[k] in civitatem Susam[5], que sita est in ingressu Alpium, fraude civium occidi temptabatur. Ipse autem ab hospite suo premonitus dolos eorum sic evasit. *p. 314. *Ipsa enim nocte, cum mane ad mortem querendus esset a civibus, militem quendam sibi similem, nomine Hartmannum de Sibineich[l,6], in lecto suo collocari fecit et

a) autem 2. b) Medyol. 2. c) *alterum -i- alia manu superscr.* 1. d) vicina 1. e) Medialan. 2. f) apphndēs 1. g) ciuitē 2. h) -que *erasum* 1. i) suspensos invenissent 2. k) ī pat* 1. l) Sibeneich 2.

1) *Immo iam antea die* 27. *April.* 1167. *Mediolanum restitui coeptum est; Gesta Fed. I. imp. in Lomb., ed. Holder-Egger (SS. r. Germ.), p.* 61. 2) *Cf. Gesta Fed. I. imp. in Lomb. p.* 61; *Anon. Laud., SS. XVIII, p.* 656. *Ad voces cf. supra c.* 2, *p.* 4, *l.* 17; *c.* 15, *p.* 18, *l.* 2; *c.* 18, *p.* 21, *l.* 6. 3) *D.* 11. *Novembr. a.* 1167. *imperator a Mediolanensibus fugatus est, Ioh. Saresb. ep. nr.* 228, *Migne Patrol. Lat. CIC, col.* 259; *cf. Anon. Laud. p.* 657. 4) *Cf. Oberti Ann. Ianuens. a.* 1167, *SS. XVIII, p.* 75, *l.* 21. *Sed re vera unum* Zilium de Prando obsidem de Brixia iuxta Sauxiam *imperator suspendit, G. Fed. I. imp. in Lomb., ed. Holder-Egger (SS. r. Germ.), p.* 62; *cf. Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 813; *Ioh. Saresb. ep. nr.* 244, *col.* 282 *sq.* 5) *Ita etiam Gotifr. Viterb. Gesta Frid. v.* 771 *sqq.; Ioh. Saresb. ep. nr.* 244, *col.* 282. 6) Har(t)mannus camerarius noster de Siwenheich *occurrit in charta Friderici I. imp. d. d.* 27. *Ian.* 1153, *Würdtwein, Nova Subsidia dipl. VII, p.* 161 *[Stumpf nr.* 3658*]; quod huic narrationi a nostro solo relatae fidem aliquam facit. W. Idem occurrit a.* 1154. *Febr.* 3. *inter ministeriales* (Hartman de Sibenheich) *et a.* 1157. *Iun.* 25. *et Nov.* (Hartmannus camerarius), *Stumpf nr.* 3681. 3772, *'Mitteil. d. Inst. f. Oesterr. Geschichtsforschung' X, p.* 296; *fortasse etiam a.* 1177. *Aug.* 17., *Stumpf nr.* 4212 (Hartimannus camerarius).

1168. (Mart.). ipse in habitu servi[1] cum duobus[2] aliis egressus est. Mane autem facto cives venientes imperatorem querebant et, responso accepto a cubiculariis eum dormire, moram non pacientes fores effringunt[a] ipsoque non invento cognoverunt eum effugisse[b]. Dissimulata itaque ira propter metum imperatoris elapsi exercitum abire[c] permiserunt. Sicque evadens imperator transmensis[d] Alpibus exercitum morte, morbo omnique miseria confectum in patriam reduxit. Et cum post hec in Italiam[e] 1174. (Sept. 30). rediisset, predictam civitatem Susam funditus evertit[3].

1168. 21. Anno dominice incarnationis M⁰CLXVII. Paschali papa defuncto[f, 4], Calixtus ab his, a quibus prius Pascalis[g] et Victor, substituitur, Alexandro in potestate 1168. sui iuris adhuc consistente. Eodem tempore Fridricus imperator[h] reversus ad Cisalpina totam terram et universam substantiam Fridrici[i] ducis de Rotinburc[k], ditissimi videlicet[l] in possessione prediorum principis[5], fratruelis sui, hereditaria successione possedit ac multorum baronum possessiones postmodum in suam potestatem contraxit[6]. Welf vero dux orbatus herede Gen. 6, 6. in amisso filio *tactus*que *dolore cordis intrinsecus* Heinricum ducem Saxonie et Bawarie fratruelem suum in heredem ascivit ab eoque pro hoc[m] quantitatem peccunie exigens, dum consequi putat, frustratur promissis. Dux enim Heinricus[n] quorundam pravorum consilio Welfonem iam grandevum cito moriturum presagiens argentum pro constituto dare distulit. Pro quo Welf[o] iratus imperatori[p] Fridrico[q] sororio[r] suo, recepta[s] ab[t] eo prius

a) efringunt 2. b) efugisse 1. c) abire — exercitum *(l. 8) a scriba alio atram. in marg. suppl.* 1. d) transmensis *mut. eodem atram.* transcensis 1. e) yt. 2. f) deffuncto 2. g) Paschalis 2. h) ī pat᷑ 1. i) Frider. 2. k) Rotinburch 2. l) *ita* 2; fidel' 1. m) pro hoc *om.* 2. n) Henr. 2. o) Welfo 2. p) *ultimum* -i *in loco raso* 1. q) Frider. 2. r) *super* Fridrico *alia manu* primo *et super* sororio *alio atram. superscr.* filio sororis 1. s) *ita* 1. *Nauclerus (qui* ab eo prius pro libitu suo *om.)*; accepta 2. t) prius ab eo 2.

1) *Cf. Chron. Ursp. a.* 1175, *p.* 357, *l.* 42 *sq.*; assumpto habitu servientis, quasi ut alicuius magni viri procuraret hospitium *Ioh. Saresb. ep. nr.* 244, *col.* 283. 2) solo socio comitatus *Gotifr. Viterb., Gesta Frid. c.* 30, *v.* 776; cum aliis quinque servientibus noctu egressus est *Ioh. Saresb. l. c.* 3) *Cf. Gotifr. Viterb. G. Frid. c.* 32, *v.* 859 *sqq.*; *Gesta Fed. I. imp. in Lomb., ed. O. Holder-Egger (SS. r. Germ.) p.* 62; *Ann. Plac. Gib., SS. XVIII, p.* 462; *diem habet Boso, V. Alexandri III, Liber pontif. ed. L. Duchesne II, p.* 427. 4) *A.* 1168. *die* 20. *Septembris. W.* 5) *Cf. Ann. Egmund., SS. XVI, p.* 466; *Hist. calam. eccl. Salzb. c.* 7, *B. Pez, Thes. anecdot. noviss. II,* 3, *col.* 212: qui ipsi imperatori adhuc vivens potentia et opibus formidini extitit. 6) *Cf. Chron. Ursperg. a.* 1168, *SS. XXIII, p.* 356, *l.* 6 *sqq.*

pro libitu suo[a] peccunia, primo beneficiis scilicet ducatu Spoleti, markia[b] Tuscie, principatu Sardinie ipsi resignatis, omnia predia sua ipsi contradidit eaque usque ad terminum vite pluribus aliis additis[c] recepit[1]. Simili modo Rŏdolfus comes de Phullendorf, sororius comitis[d] Rŏdolfi de Bregancia[2], omnia predia sua heredis loco imperatori tradidit[3]. Pro hiis[e] imperator Alberto comiti[f] de Habisburc[g], qui filiam[4] comitis[h] Rŏdolfi[i] in matrimonio[k] habebat, concessit Turicensem comitatum et advocatiam Sechingensis ecclesie[5] cum prediis conquisitis de Biedirtan[l, 6]. Preter hec multorum nobilium, qui heredibus carebant, predia donatione vel precio acquisivit[*, 7], utpote illius[8] de Swabeggi[m], de Warthusin[n], de Bibra et[o] de Horningin[p] et[o] de Swainhusin[q] et[o] de Biedirtan et[o] de Lenziburch[9] et de Werde[10], multo-

*) 1 *alia manu saec. XIII. in marg. add.:* Nota hic, quod Fr(idericus) I[us] imperator multas possessiones imperio acquisivit.

a) suo *om.* 2. b) marchia 2. c) abditis 1. d) comittis 1. e) his 2. f) comiti *radendo ut videtur corr. ex* comitti 1. g) Habisburch 2. h) comittis *radendo corr.* comitis 1. i) Růdolfi 2. k) matrimoniū *alia manu corr.* -io 1. l) Birdirtan 2. m) Suabeggi 2. n) Warhusin 2. o) et *erasum* 1. p) Zormgin 2. q) *prius* -i- *supra lin.* 1.

1) *Cf. Hist. Welf. Cont. Staingad., SS. XXI, p.* 471. *Beneficia Italica Welfo c. a.* 1173—75. *resignasse, cf. Hist. Welf. l. c. et Muratori, Antiquit. Ital. IV, col.* 167 *sq., de patrimoniis Teutonicis ante a.* 1179. *cum imperatore convenisse videtur, cf. 'Wirtemberg. UB.' II, nr.* 419, *p.* 204 *sq. (a.* 1178. *potius quam* 1179, *Dec.* 25*); Adler, 'Herzog Welf', p.* 79 *sq.* 92 *sq.* 130 *sq.* 2) *Qui socer Hugonis II. palatini comitis de Tübingen erat; cf. supra p.* 20, *n.* 4. 3) *Iisdem fere verbis Chron. Ursp. a.* 1168, *p.* 356, *l.* 8 *sq. Rudolfus comes de Pfullendorf a.* 1180. Ierosolimam petiit et se perpetualiter sancti sepulchri servitio dicavit, *SS. I, p.* 71 *('Mitteil. z. vaterl. Gesch. (St. Gallen)' XIX, 'N. F.' IX, p.* 323*); sed iam ante a.* 1170. *Maii* 15. *advocatiam Curiensem Friderico filio imperatoris resignaverat, cf. Stumpf nr.* 4113. 4) *Itam. Cf. H. Steinacker, Regesta Habsburgica I, nr.* 72. 5) *'Das Habsburgische Urbar, herausgeg. von R. Maag' I, p.* 56 *sq., n.* 3 *('Quellen zur Schweizer Geschichte' XIV). Comitatum Turicensem et advocatiam Sechingensem comites de Lenzburg tenuerant.* 6) *Ibidem p.* 13. *A. Schulte, 'Geschichte d. Habsburger in d. ersten* 3 *Jahrh.', Innsbr.* 1887, *p.* 98. 7) *Cf. Chr. Fr. Stälin, 'Wirtembergische Geschichte' II, p.* 242 *sq.; H. Niese, 'Die Verwaltung des Reichsgutes im* 13. *Jahrh.', Innsbruck* 1905, *p.* 44—46. 8) *Adelgozi, qui fuit advocatus Augustae, Chron. Ursp. a.* 1168, *p.* 356, *l.* 9 *sq.* 9) *Ulrico IV. et Arnoldo IV. consobrinis comitibus ultimis stirpis a.* 1173. *Ian.* 5. *et a.* 1172. *Sept.* 5. *mortuis imperator a.* 1173. *Febr.* 20. *Lenzburgi erat, Stumpf nr.* 4141. *Cf. infra p.* 31, *n.* 1. 10) *Manegoldus IV. ultimus inter a.* 1147. *et* 1156. *obiit, cui ex parte*

rumque aliorum[a] in aliis regionibus, que nobis incerta sunt. Hec enim omnia in sola[b] Almannia[c] acquisierat.

1157. Preter[d] hec Burgundiam[e] ingressus terram soceri sui
Reginaldi comitis[f], qui iam obierat[1], in dicionem suam
redegit[2] ac regnum Burgundie cum archisolio[g] Arela-
tensi[h. 3], quod duces de Zaringin[i] quamvis sine fructu
tantum honore nominis iure beneficii ab imperio iam
1156? diu tenuerant[4], a Bertolfo duce extorsit, prestitis sibi
trium episcopatuum advocatia cum investitura regalium,
scilicet Lausannensis[k], Genovensis, Sedunensis[5].

Supradictorum etiam et aliorum, quorum predia in ius cesaris cesserant, omnia beneficia, que ab ecclesiasticis principibus, episcopis vel abbatibus, sub hominio habuerant, filiis suis prestari faciens[6], potestative[l] possedit liberosque suos[m] omnes litteris adprime erudiri faciens eos facultatibus redituum, excellenciis dignitatum per[n] sortitas provincias delegaliter sublimavit[7]. Nam Fridrico, qui secundus natu erat filiorum[8], ducatu Swevie[o] cum hereditate Welfonis[9] et prediis Rŏdolfi[p] comitis[q] de Phullendorf[10] concesso, C̆onrado[r] vero dignitatibus,

a) aliorumque *radendo corr.* aliorum 1. b) -a *alia manu supra locum rasum* 1. c) Alemannia 2. d) *ita* 1. 2; Post *Ussermann;* Deinde Burg. *Nauclerus.* e) burgūniā *a scriba corr.* burgūdiā 1. f) comitis 1. g) archisoliū 2. h) arelentensi 2. i) Zaringem *corr.* -gen 2. k) Lausennensis 2. l) *ita* 1; potetatí ue 2; pacative *Urstis.* m) suosque *radendo corr.* suos 1. n) per *a scriba superscr.* 1. o) Sueuie 2. p) Rŭdolfi 2. q) comittis 1. r) Cůnr. 2.

Fridericus comes palatinus (de Wittelsbach) successisse videtur; A. Steichele, 'Das Bisthum Augsburg, historisch und statistisch beschrieben' III, 1852, *p.* 698 *sqq.*

1) *Iam a.* 1148. *mortuus est. Cf. G. Frid. II,* 48. 2) *G. Frid. III,* 12; *sed iam a.* 1156. *exeunte negotia sua se in Burgundia magnifice composuisse imperator Wibaldo scripsit, ep. nr.* 448, *Jaffé Bibl. I, p.* 580. 3) *Cf. infra p.* 31, *l.* 2; *G. Frid. III,* 12; *Gotifr. Viterb. Panth. XXIII, c.* 15, *SS. XXII, p.* 221; *S. Hirsch, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich II.' I, p.* 379, *n.* 5. 4) *G. Frid. I,* 9. *II,* 48. *Wibaldi ep. nr.* 383, *MG. LL. Constit. I, p.* 199. 5) Tres civitates inter Iurum et montem Iovis, Losannam, Gebennam et N. *G. Frid. II,* 48. *De tempore huius conventionis non constat, nisi eam inter a.* 1156. *et* 1158. *factam esse.* 6) *Cf. ex. gr. Stumpf nr.* 4166. 4167; *A. Boss, 'Die Kirchenlehen der Staufischen Kaiser', dissert. München* 1886; *H. Niese l. c.* 7) *Cf. id, quod Ann. Pegav. de curia Wormatiensi a.* 1179. *Ianuario habent, SS. XVI, p.* 262. *Ad ea quae sequuntur cf. infra c.* 32, *p.* 46, *et n.* 5. 8) *Quod num recte dictum sit, diiudicari non potest; cf. P. Scheffer-Boichorst in 'Mitteil. d. Instituts für Oesterreich. Geschichtsforschung' XI, p.* 635 *sqq.* (= *'Gesammelte Schriften' II, p.* 384 *sqq.). Cf. supra c.* 10, *p.* 10 *sq.* 9) *Welf senior grandaevus demum anno* 1191. *die* 15. *Decembris Memmingae obiit. W.* 10) *Supra p.* 29, *n.* 3.

beneficiis et prediis Fridrici[a] ducis de Rotinburch ditato, Ottone archisolio Arelatensi cum Burgundia[b], Reinaldi avi sui terra, sublimato[1], Heinricum[c], qui prior natu erat[2], regem post se designavit[3], Phylippo[d] adhuc infantulo. Preter[e] hec omnia res ecclesiarum ab episcopis vel abbatibus sibi concessa[f] vendicans sub iure hominii multa amore filiorum contraxit, quibus singulos cum delegata sibi dignitate admodum ditavit.

. 315. *22. Anno dominice incarnationis M°C°LXX° Mediolanenses animum imperatoris sepius experti ipsumque pro presumptione reedificate civitatis sue nimium metuentes omnibus Italie[g] civitatibus confederati preter Cumanos, Papienses, Cremonenses[4] cum aliquibus civitatibus sibi faventibus, qui cum imperatore senciebant, ad futuram imperatorie ultionis cladem se modis omnibus preparabant spretoque in ignominiam cesaris pontifice Calixto, Alexandro pape iam diu exuli obediencia firmata ipsoque in apostolicum suscepto subiciuntur ac territorium Palense[5] fossatis firmissimis et profundissimis cingentes, adductis electis ex omnibus sibi favencium civitatum burgensibus in hanc colonis[6], civitatem firmissimam, utpote paludibus undique circundatam, non procul a Vercellis Alexandriam Alexandri pape nomine nuncupatam construxerunt ipsamque cibariis omnibusque[h] ad futuram obsidionem necessariis habundantissime confertam ad sustinendam imperii vim ac decontra vires tocius Italie[g] demonstrandas[i] studiosissime munierunt. Imperator itaque his[k] compertis eis[l] non impune talia licere dignum necessariumque existimans undique contracto validissimo exercitu quinta iam vice Italiam[g] ingreditur

1168. (Maii 1). 1174.

a) frdrici (!) 2. b) burgūnia *a scriba corr.* burgūdia 1; bugundia 2. c) Henr. 2. d) Phil. 2. e) Post9 2. f) concessa *alia manu corr.* concessas 1, *et ita Urstis.* g) yt. 2. h) omnib9 *a scriba corr.* omnibusque 1. i) *ita Urstis.*; demonstrandam 1. 2. k) hiis 2. l) -s *alia manu suppl.* 1.

1) *Cf. Böhmer, Acta imperii p.* 151 *(Stumpf nr.* 4516, *a.* 1189. *April.). Cui etiam bona Lenzburgensia cesserunt; cf. Stumpf nr.* 4505 *(a.* 1188. *Nov.* 22*); W. Merz, 'Die Lenzburg', Arau* 1904, *p.* 38 *sq.* 2) *Cf. p.* 30, *n.* 8. 3) *Mense Iunio* 1169. *in conventu Bambergensi, qui die* 15. *Augusti sequente Aquisgrani ab archiepiscopo Coloniensi Philippo coronatus est. W.* 4) *Cremonenses cum Mediolanensibus faciebant; Bosonis Vita Alexandri III, Liber Pontificalis ed. L. Duchesne II, p.* 418 *sq.* 5) ad villam, quae vocatur Roboretum, *ib. Cf. F. Graef, 'Die Gründung Alessandrias', diss. Berlin* 1887, *p.* 40, *n.* 6. *Alexandria derisorie 'Palea' appellabatur; SS. XXXI, p.* 167, *n.* 5; *Romoald. SS. XIX, p.* 440. 6) *Homines Gamundii (Gamondo), Marinci (Marengo), Bergolii (Bergoglio) aliarumque quattuor vel quinque istius regionis villarum a Lombardis adiuti Alessandriam condiderunt.*

confluentibusque ad eum civitatibus auxiliariis procinctum Alexandriam versus movit ipsamque civitatem obsidione cinxit.

1174. 23. Anno dominice incarnationis M⁰CLXXI. obsessa est civitas. Hec obsidio nulli priorum comparanda tum loci municione, tum civium resistencium atrocitate, tum militum cesarianorum oppressione et occisione, tum temporis diuturnitate[1]. Nichil enim calamitati et periculis ydoneum hic defuit, nichil patrandis in alterutrum immanissimis facinoribus impediens fuit. Nam cesare forinsecus balistis, arietibus, missilibus[a] omnique telorum genere ac diversis machinarum instrumentis, turribus insuper ligno compactis civitate[b] supereminentibus admotis, impositis militibus et sagittariis[c], fortiter urbem inpugnante, oppidani[d] non minori virtute et industria similium machinarum instrumentis illatum sibi dampnum recompensantes[e] magnanimiter vindicabant ac sepissime ordinatis agminibus portis erumpentes cesarianis gladiotenus congrediebantur, sepe repentinis incursibus maxima patratis audacia hostes adoriebantur. Interea Mediolanenses et Veronenses conflato ex civitatibus sibi faventibus exercitu cum cesare in obsidione civitatis posito congredi statuerunt, ut et his, qui obsidione premebantur, oportune concurrerent[f] et rursus ab eis adiuti facilius
1175. imperatorem superarent. Quo comperto cesar obsidionem
(April 13). solvit et a civitate recedit[g], quoniam eam superare nequivit. Cives enim turres ligneas, quas cesar ad expugnationem ipsorum fecerat, cum armatis desuper consistentibus per suffossionem bis[h] deiectis[i] igni concremarunt[k] magnumque ex hoc detrimentum exercitui[l] intulerunt. Cesar itaque omnem reliquum apparatum, quem ad expugnationem ipsius civitatis fecerat, scilicet talpas, vulpeculas, ericios, cattos[2] — talibus enim censentur nominibus — exuri precepit venientique exercitui obviam processit, ut ante videlicet cum eis congrederetur, quam cum Alexandrinis coniungerentur. Cum itaque

a) missilb;, -il- *e corr.* 1. b) ciuitatē 2. c) sagitariis 1. d) *super* opidā *linea alio atram. perducta del. alia manu superscr.* obsessi 1. e) recompendentes *corr.* recompensantes 1. f) concurrēt *alio atram. corr.* concurr'ēt 1; concurrent 2. g) recessit, -ssit *alio atram. in loco raso* 1. h) *ita* 1. 2; his deiectis, igni *Urstis.* i) desuper iectis, super *del.* 1; *fortasse* deiectas *legendum.* k) concremarēt, *sed* -e- *eodem atram. expunctum* 1. l) *alterum* -i *alia manu superscr.* 1.

1) *Duravit a die* 27. *Oct. a.* 1174. *usque ad diem* 13. *April. a.* 1175. 2) *A. Schultz, 'Das höfische Leben zur Zeit der Minnesinger' II*[2] *(1889), p.* 406 *sqq.*

iam ad invicem propinquassent, Italici[a] Teutonicorum 1175.
metuentes audaciam[1] missis ad principes nunciis cesarem de pace rogabant, se suaque omnia dedentes. Cesar igitur paci[b] studens eos in gratiam recipere statuit. Ipsi igitur se suaque omnia in manus cesaris offerentes ⟨se[c]⟩ dediticios rursus ostendunt. Principibus igitur pro eis supplicantibus subiectioneque omnimoda sacramentis firmata in gratiam imperatoris recipiuntur[2]. Cesar igitur *(April. 16)*.
cum exercitu Papiam se recepit, Italicis[a] ad sua[d] loca remeantibus. Rege[3] vero Boemie* cum suis repatriante imperator[e] cum consiliariis suis cepit tractare, quomodo civitates, quas in gratiam receperat, disponeret, ut imperialia decreta conservarent, diffinitoque[f] consilio nuncios suos ad hec promovenda direxit. Mediolanenses 1176.
itaque videntes exercitum cesaris defluxisse rursus rebellare presumunt[4]. Inperator igitur angustatus legatos in Germaniam pro supplemento exercitus direxit simulque ad Heinricum avunculi sui filium, ducem Saxonie et Bawarie, ut Clavenne ad colloquium sibi occurreret[g], venientique obviam procedens[5], ut periclitanti imperio
. 316. *subveniret, plus quam imperialem deceret maiestatem[6], humiliter efflagitavit**. Dux itaque Heinricus[h], utpote

*) 1 *add. in marg. manu quae videtur Liutoldi:* De rege Boem(ie) multa per anticipationem dicta sunt, quia nondum fuit rex, sed dux.

**) 1 *add. in marg. manu quae videtur Liutoldi:* Dicitur, quod se pedibus eius provolverit[7].

a) yt. 2. b) pace *corr.* paci 1. c) se *om.* 1. 2; *cf. infra p.* 39, *l.* 5 *sq.* d) loca sua 2. e) ĩpat' 1. f) definitoque *Urstis.* g) occ͠reret' 2. h) Henr. 2.

1) *Cf. supra c.* 14, *p.* 17, *l.* 4; *c.* 20, *p.* 24, *l.* 2. 2) *Apud Montembellum; cf. MG. LL. Constit. I, p.* 339 *sqq.* 3) *Immo Udalrico duce (de Brünn), fratre Sobieslai II. ducis Boemiae.* 4) *A.* 1176. *Ian.* 31. *Placentiae rectores Mediolani, Brixiae, Placentiae, Veronae, Paduae, Mantuae, Parmae, Mutinae, Bononiae foedus iuramento renovaverunt; C. Vignati, 'Storia diplomatica della lega Lombarda', Milano* 1866, *p.* 276 *sqq.* 5) *De hoc colloquio, quod a.* 1176. *Clavennae factum esse videtur, postremus auctores collegit et recensuit I. Haller, 'Der Sturz Heinrichs des Löwen', in 'Archiv für Urkundenforschung' III* (1911), *p.* 303 *sqq.* 6) *Cf. Lucan. Phars. VII, v.* 378 *sq.:* Imperii salva si maiestate liceret, volverer ante pedes. 7) *Ita Gisleb. Chron. Hanon. c.* 54, *ed. L. Vanderkindere, Brux.* 1904, *p.* 94; *Arnoldi Lub. Chron. II,* 1 *fin.; Chron. Montis Sereni a.* 1180, *SS. XXIII, p.* 157, *l.* 31; *Ann. Stad. a.* 1177, *SS. XVI, p.* 348; *cf. Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 357; *'Sächs. Weltchronik' A. B. c.* 325, *MG. Deutsche Chron. II, p.* 229.

1176. solus ad subveniendum imperio hoc tempore potencia et opulencia idoneus[a], Gossilariam[b] ditissimam Saxonie civitatem iure beneficii pro donativo ad hoc expeciit[1]. Cesar autem tale beneficium sibi invito extorqueri ignominiosum existimans minime consensit. Pro quo Heinricus[c] iratus ipsum in periculo constitutum recedens reliquit. Imperator vero Papiam regrediens ipsos et Cremonenses[2] cum Cumanis toto studio ad bellum ingruens confortavit. At illi congregata milicia hostes alacriter prestolantur[d]. Igitur Wormaciensis episcopus[3] cum aliis baronibus de inferioribus Reni[e] partibus in Ytaliam transiens cum instructa milicia cesari coniungitur, ordinataque acie hostibus ex adverso cum infinito exercitu consistentibus — nam ad C milia[4] pugnatorum
(Maii 29). computabantur — bellum committitur[f. 5], fretis Italicis multitudine[6], cesare autem pericia cum fortitudine. Itaque cesarianis alacriter preliantibus ac iam de victoria sperantibus, acies Brixiensium in insidiis ad subsidium collocata repente erupit[7] exercitumque cesaris a latere irrumpens disiunxit ipsumque multis captis vel occisis fugere coegit. Ligures itaque nobili victoria potiti fugientes[g] cesare vix evadente persecuntur spoliisque egregie ditati Mediolanum cum triumpho revertuntur. Capti sunt hoc bello preter alios de Cumanis fere quingenti multique[h] de Teutonicis. Quo infortunio[i] cesar accepto in civitatibus sibi subditis se recepit. Mortuo[8] interim Calixto papa scismatico episcopi Germanie de concordia imperii et sacerdocii imperatorem allocuntur voluntateque ipsius diem apud Venecias condixerunt,
1177. *(Iul.—Sept.).* datoque conductu[k] pape Alexandro veniendi ad colloquium,

a) ydoneus 2. b) Gossilariam, *prius* -i- *alio atram. expunctum* 1. c) Henr. 2. d) prestolabantur 2. e) Rheni 2. f) comittitur 1. g) -s *erasum* 1. h) multisque 2. i) *secundum* -i- *superscr.* 1. k) 9dcū 1.

1) *Cf. Ann. Marbac. qui dic. a.* 1180, *ed. H. Bloch (SS. rerum Germ.) p.* 52. *Cf. etiam Stumpf nr.* 4183, *a.* 1175. *Nov.* 20., *ubi Ekehardus praepositus Goslariensis occurrit; F. Güterbock, 'Der Friede von Montebello', dissert. Berlin* 1895, *p.* 118. 2) *Quod erratum esse videtur.* 3) *Conradus II. electus, qui a.* 1176. *mense Octobri/Novembri pacto Anagnino subscripsit; MG. LL. Constit. I, p.* 353. 4) Milia bis sena *(*12 000*) Gotifr. Vit., Gesta Frid. v.* 991, *SS. XXII, p.* 329. 5) *Apud Legnianum die* 29. *Mai.* 1176. *W.* 6) *Sall. Iug.* 13, 3: fretus multitudine militum. 7) *Immo alibi Brixienses ab imperatore fugati esse traduntur; sed cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 261: undique insidiis collocatis repente super eos irruunt. 8) *Minime.*

mediante Christiano Magunciensi[a] episcopo et Cŏnrado[b] 1177.
Salzburgensi[1,*] cum ceteris episcopis, sacerdocium et imperium concordatur, quibusdam episcopis scismaticis sedes suas propter[c] honorem imperatoris obtinentibus, quibusdam vero propter iusticie censuram cedentibus. In hac etiam compositione Mediolanensibus treuge XIIII[2] annorum donantur, ipsis omnes captivos reddentibus. Hiis[d] diebus beatus Thomas Cantuariensis[e] archiepiscopus a rege Anglorum[f] Heinrico[g,**] multis iam diebus sede
sua pro iusticia pulsus, ab eodem occisus in[h] confessoris 1170. *(Dec. 29)*.
et martiris morte faciem matris ecclesie decoravit.

24. Anno dominice incarnacionis M⁰CLXXII.[i] 1179. *(Mart.)*.
Alexander papa sedato scismate sedem apostolicam obtinens concilium, quod Lateranense dicitur, congregavit, in quo scismaticos officio privatos deposuit. Imperator vero in Germaniam redire disponens Italicorum fidei se credere non audebat, sed missis nunciis ad Bertoldum[k] ducem de Zaringen[l] peciit, ut in Ytaliam cum exercitu sibi occurreret, ut eo securius transalpinaret[3]. Quo veniente per montis Iovis[4] angustias regressus in
Alemanniam venit[5]. Itaque memor contemptus a duce 1178. *(Oct.)*.
Hainrico[g] apud Clavennam sibi exhibiti[m] in ipsum vehementissime exarsit et, quod Italicis hostibus rei publice

*) 1 *alia manu saec. XIII. ex. in marg. add.:* maxime autem Wicmanno Hildesheimensi[6].

**) 1 *alia manu in marg. add.:* Iste fuit avunculus[7] Ottonis postea imperatoris, *quae* 1*a in textum recepit.*

a) Maguntinensi 2. b) Chŭnr. 2. c) propter honorem — quibusdam vero *(l. 5) om.* 1, *ubi post prius* quibusdam *initio scripta erant* ů pp (= vero propter), *sed linea rubra perducta del.* d) His 2. e) *prius* -i- *alia manu superscr.* 1. f) anglo24 *corr.* anglo24 1. g) Henr. 2. h) in *om.* 2. i) *ita* 2; M⁰CLXXVII, -V- *alia manu suppl.* 1. k) Beltoldum 2. l) Zaringin 2. m) *ita Urstisius;* exhibito 1. 2; sibi exhibito *bis scriptum, iterum del.* 1.

1) *Conradus de Wittelsbach card. episc. Sabinensis demum pace Venetica composita archiepiscopatum Salzburgensem accepit.* 2) *Immo sex.* 3) *Haec ad a.* 1168. *potius referenda esse collatis Gotifredi Viterb. Gestis Frid. c.* 30. *W. de Giesebrecht 'DKZ.' VI, p.* 552. *coniecit.* 4) *Immo per montem 'Mont Genêvre'; cf. Stumpf nr.* 4254. *Unde Arelatum primo, post S. Egidium petiit. A.* 1168. *imperator per Montem Cenisium (*per Montem Iovis *perperam Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 357, *l.* 41*) Alpes transiit.* 5) *Die* 31. *Oct.* 1178. *Spirae erat, Stumpf nr.* 4271, *ubi principes ei occurrerunt, Arnold. Lubic. II,* 10, *die* 11. *Nov., ut videtur, Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 262. 6) *Cf. W. Hoppe, 'Erzb. Wichmann v. Magdeburg', in 'Geschichtsblätter für Stadt u. Land Magdeburg'* 1908, *p.* 229. 7) *Immo avus maternus.*

1178—79. contra imperium faveret, universis principibus conqueritur[1]. Dataque ei curia apud Ulmam[2] ipsum ad iudicium subeundum imperiali[a] more citavit. Quo non veniente curiam sibi secundam Ratispone[3] prefixit. Quam parvi-
1180. pendens, terciam nichilominus apud Herbipolim sibi
(Ian.). datam supersedit ibique sentencia principum ducatu Norico cum Saxonico et omni prediorum et beneficiorum possessione feodali[4] pena multatus privatur. Ipse autem more paterno[5] maiestati cedere regalemque gratiam querere dedignatus, dum se existimat stare, cecidit[6] perditumque statum dignitatis usque ad terminum vite nun-
1180. quam recuperavit. Nam imperator[b] prediis et beneficiis sibi cedentibus Ottoni[c] palatino de Witilinsbach[d] ducatum Noricum concessit[7] ac Bernhardum[e] comitem[f] de Anehalde ducatu[g] Saxonico sublimavit[8] procinctumque[h] movit contra Hainricum[i] ducem omnesque civitates et castella cunctaque iuris ipsius[k] in Swevia[l] et Bawaria et in Saxonia dicioni sue subiugavit. Dein[m] contra civi-
1181. tatem munitissimam Bruniswich aciem dirigens eam[n] obsedit[o, 9], civibusque acriter resistentibus cum minime proficeret, ceteris omnibus cis Albiam fluvium ei subiectis soluta obsidione discedit. Acta sunt hec dominice incarnationis anno M⁰CLXXIIII.[p].

a) imperiale *corr.* -li 1. b) īpat' 1. c) Ottonis *corr.* -ni 1. d) Wintilisbach 2. e) Bernardum 2. f) comittem 1. g) ducato 2. h) -que *supra lin.* 1. i) Henr. 2. k) -u- *alia manu superscr.* 1. l) Sueuia 2. m) Dein *alio atram. mut.* Deiñ 1. n) eam *om.* 2. o) obsid' *posteriore manu corr.* obsed' 1. p) *ita* 1. 2; anno dom. inc. M·C·LXXVIII. *Urstis.*

1) *Cf. I. Haller, 'Der Sturz Heinrichs des Löwen', 'Archiv für Urkundenforschung' III (*1911*), p.* 295 *sqq., maxime p.* 345 *sqq.* 406 *sqq. De diebus iudicii Heinrico Leoni praefixis deque modo et rationibus actionis in eum institutae gravissima quaeque adhuc dubia sunt.* 2) *De curia Ulmensi praeter Ottonem soli Ann. S. Georgii in Nigra Silva* 1178, *SS. XVII, p.* 296, *tradunt. A.* 1179. *imperator nativitatem Domini Ulmae celebravit, Ann. Magdeb., Pegav., SS. XVI, p.* 194. 263. 3) *A. demum* 1180. *Iunio exeunte curia Ratisbonae habita est; Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 263; *Magni Reichersperg. Chron., SS. XVII, p.* 506; *Haller l. c., p.* 416 *sqq.* 4) *Cf. MG. LL. Constit. I, nr.* 279, *p.* 385, *l.* 26: sub feodali iure. 5) *Heinrici Superbi; cf. Ottonis Fris. Chron. VII,* 23—35. 6) 1. *Cor.* 10, 12: qui se existimat stare, videat, ne cadat. 7) *Die* 16. *Sept.* 1180, *in Altenburg, Ann. Ratispon., SS. XVII, p.* 589; *cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 264. 8) *Qui in hoc honore primum d.* 13. *April.* 1180. *occurrit, cum imperator in curia Gelnhusensi ducatum Westfaliae archiepiscopo Coloniensi concessit, MG. LL. Constit. I, nr.* 279; *Haller l. c., p.* 449 *sq.* 9) *Non ipse imperator, sed Philippus archiepiscopus Coloniensis aliique principes ad Ocram fl. prope Leiferde contra Bruniswich castra posuerunt, a.* 1181. *Iul.* 12. *usque ad Aug.* 31, *neque tamen cum civibus congressi sunt.*

p. 317. *25. Anno dominice incarnationis M°CLXXIX. sol- 1180?
danus[a] rex Iconii[1] missis ad[b] Fridricum imperatorem
legatis[2] quamvis paganus[c] cum suis omnibus fedus cum
eo pepigit filiamque eius matrimonio sibi coniungi postu-
lavit ac se Christianum cum sua gente fieri[d], si adipis-
ceretur imperatoris filiam, sponte promisit. Imperator
autem, licet filiam tenere diligeret vixque postulata con-
cederet, tamen consensit eamque sibi dare promittens prius
tamen mortuam luxit, quam petenti dederit[3]. Circa
hec tempora domnus Alexander papa[e] $C^{us}LXXI^{us}$ obiit[f], 1181. *(Aug. 30).*
cui[g] Lucius $C^{us}LXXII^{us}$ in ordine successit, anno vide-
licet dominice incarnationis M°C°LXXXII. *(Sept. 1).*

26. Anno dominice incarnationis MCLXXXIIII. 1184.
Fridricus imperator[h] sedatis in Germania cunctis bello-
rum[i] turbinibus generalem curiam cunctis regni optima-
tibus[k] in pentecoste[l] apud Magunciam indixit ibique *Maii* 20.
filios suos, Heinricum[m] scilicet regem et Fridricum Swe-
vorum ducem, gladio accingi armisque insigniri[n] dis-
posuit. Ad hanc curiam tocius imperii principes, utpote
Francorum, Teutonicorum, Sclavorum, Italicorum, ab
Illirico usque ad Hyspanias[o].[4] congregantur. Sed et vici-
norum regnorum proceres invitante imperii dignitate
convenerunt, incredibilisque multitudo hominum diversa-
rum regionum[p] vel linguarum ibi coadunata est. Itaque
foris civitatem in campi planicie palacio cum amplissimo
oratorio ad diversorium[q] imperatoris ex ligni materia facto

a) Soldanus 1. 2. b) ad *alia manu supra lin.* 1. c) pagani' *corr.* paganū 1. d) f'i 1. e) *sequ.* cui[g] *del. et partim erasum* 1. f) ob' *alia manu suppl.* 1. g) cui *om.* 2. h) ipat' 1. i) bellis 2. k) obtimatibus 1. l) penthecoste 2. m) Henr. 2. n) -ri *in loco raso* 1. o) Hispanias 2. p) regionum *bis* 2. q) -rium *in loco raso* 2.

1) *Kilidsch Arslan II. Idem de 'rege Babyloniae' (i. e. Saladino) Chron. regia Colon. a.* 1173, *p.* 124. *tradit.* 2) *Cf. Chron. regia Colon. a.* 1180, *p.* 131. 3) *De duabus tantum imperatoris filiabus constat: Altera, Agnes nomine, filio regis Ungariae vel Richardo comiti Pictaviae (postea regi Angliae) desponsata a.* 1184. *Oct.* 8. *paulo ante matrem parvula obiit, Spirae sepulta, Ann. Marbac. q. d., ed. H. Bloch (SS. r. Germ.), p.* 55; *Cron. S. Petri Erford. mod., Monum. Erphesf., ed. O. Holder-Egger (SS. r. Germ.), p.* 193, *l.* 19; *Albricus, SS. XXIII, p.* 863, *l.* 34; *Gesta Henr. II. et Ric. I., SS. XXVII, p.* 106, *l.* 29 *sq.* 107, *l.* 9 *sq.; epitaphium apud Joh. Seffried de Mutterstadt, Chron. praes. Spir., Böhmer, Fontes rerum Germ. IV, p.* 345; *H. Grauert in 'SB. der Akad. der Wiss., München, philos.-philol. und hist. Classe'* 1900, *p.* 543 *sq.* 556. 616; *E. Gritzner in 'Zeitschr. f. d. Gesch. des Oberrheins, N. F.' XXVI,* 1911, *p.* 711—715; *Stumpf nr.* 4394. *Altera circiter a.* 1174—76. *Wilhelmo II. regi Siciliae in coniugium oblata non post a.* 1181. *obiit, Romoald. Salern. Ann., SS. XIX, p.* 441. 4) *Cf. Otto Fris. Chron. V,* 32, *p.* 257: Regni vero terminus a Bulgaris seu Illirico usque ad Hyspanos.

1184. domus principum procerissime[a] constructe sunt in circuitu, singulis ad ostendendam[b] sue dignitatis magnificenciam sumptus ambiciosissime conferentibus. Preterea tentoriis[c] diversicoloribus numerum excedentibus erectis, velut maxima civitate constructa, tota planicies ambitur, nichilque hic ad ostendendam mundane miserie gloriam habundancia victualium, varietate vestium, faleramentis equorum, delectatione spectaculorum defuit, filiis huius seculi prudencia sua, que *stulticia est apud Deum*[1], in generatione sua abutentibus. Quod evidenti indicio[d] divina potencia futura presagiens demonstravit. Nam sacre noctis[2] crepusculo ventus validissimus ab occidente ortus palatio imperatoris oratorium eius contiguum multaque alia edificia, inhabitantibus vix evadentibus, funditus evertit maximoque terrore perculsos, ut pene loco cessissent, omnes dubitantes reddidit. Quod a sapientibus non pro bono omine susceptum eis omnino displicuit[3].
Maii 20. Crastina itaque sacra die cum maxima leticia sollempniter celebrata exquisitisque conviviis sumptuosissime
Maii 21. exhibitis gloriose peracta, feria[e] secunda celebratis mane[f] missarum sollempniis[g] filii imperatoris Heinricus[h] rex et Fridricus dux armis precincti militarique palestra alacriter exercitati[i] milicie cingulum sumpserunt, tractatisque diversis imperii ab imperatore negociis quarta die ad propria cum gaudio recesserunt.

1185. (*Nov.* 25). 27. Anno dominice incarnationis M⁰C⁰LXXXV. Lucius papa vita decessit[k], eique Urbanus III[us] successit, in ordine C[us]LXX[us]III[us]. Eodem anno Beatrix impe-
1184. (*Nov.* 15). ratrix obiit[4] et apud urbem Spiram regalibus obsequiis[l] presente Heinrico rege filio suo officiose sepelitur[5].

a) pretiosissimae *Ussermann.* b) ostendandam 2. c) tentoria 2. d) iudicio 2. e) frā 1. f) mane *om.* 2. g) *prius* -i- *alia manu suppl.* 1. h) Henr. 2. i) exc̀citati 2. k) descessit 1. l) *ita* 1. 2, *cf. supra c.* 4, *p.* 5, *l.* 10; exequiis *Urstis.*

1) 1. *Cor.* 3, 19: Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum; *Luc.* 16, 8: Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. 2) *Immo die Martis post pentecosten, id est* 22. *Maii, versus vesperum; cf. B. de Simson apud Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 604. 3) *Cf. Arnold. Lub. III,* 11 *fin.:* sive ex incuria artificum ruina illa facta sit, sive secundum coniecturationem quorundam maiorem casum portenderit, quia non longo tempore post imperatrix mortua est. 4) *A.* 1185. *item perperam habent Chron. regia Colon. p.* 134. *et Ann. Stad. SS. XVI, p.* 351. 5) *Quod a.* 1185. *Aug.* 28. *factum esse videtur; cf. Necrol. Spir. ed. Reimer, 'Zeitschr. f. d. Gesch. d. Oberrheins' XXVI,* 1874, *p.* 436; *Th. Toeche, 'Kaiser Heinrich VI.' p.* 637.

Circa idem tempus Fridricus imperator[a] apud Constanciam in pentecoste[1] generali curia celebrata legatos Mediolanensium omniumque civitatum Italie[b] antea sibi rebellancium subiectionem ultroneam insigniaque civitatum cum clavibus aureis offerentes[2] ac per hoc se deditícios demonstrantes suscepit ipsosque indulta venia *(Iun. 25)* gratiam imperialem pacemque patrie reportantes cum gaudio remisit[3]. 1183.

28. Anno dominice incarnationis M⁰CLXXXVI. 1184. Fridricus imperator missis legatis ad Willehelmum[c] Sicilie regem filium[d] Rogerii[4] sororemque[e] eius[5] filio suo Heinrico[f] regi desponsari fecit[6] *(Oct. 29)*. ac per hoc regnum Sicilie cum ducatu Apulie principatuque Capue Hainrico[f] regi *cf. Otto Fris. Chr. VII, 24.* dotis nomine post mortem suam a socero delegatum[g.7] recipiens Romano imperio restituit, quod post mortem Lotharii quondam imperatoris a Rogerio, capto papa Innocencio regioque nomine ab eo extorto[8], imperio ablatum fuerat. Igitur sexta vice cum maxima principum frequencia *(Sept.)*. Italiam ingressus rogantibus Mediolanensibus, ut in signum adepte imperialis gratie nuptias filii apud Mediolanum celebraret, ad recuperandum imperio eorum obsequium, cuius viribus admodum adtriti[h] erant, consensit omnibusque Italicis baronibus generalem curiam apud Mediolanum indixit. Ad quam curiam de Cisalpinis *regionibus ac de omni Italia[i], Tuscia, Campania, Apulia, 318.

a) ipat' 1. b) Italiū 1. c) Wilhelmum 2. d) filium — Sicilie *(l. 13) in marg. a scriba suppl.* 1. e) -que *erasum* 1. f) Hanrico 2. g) *ita* 2; delegato 1; de legato *Urstis.* h) attriti 2. i) yt. 2.

1) *Paulo post pentecosten, quam Ratisbonae celebravit, Ann. August. min., SS. X, p.* 9, *et Ann. Tegerns. SS. XXIV, p.* 58; *die* 20. *Iunii a.* 1183. *Constantiae diploma dedit, Stumpf nr.* 4359. 2) *Cf. infra c.* 50, *p.* 84. 3) *Privilegium imperatoris pacem Constantiensem continens datum est* apud Constantiam in sollempni curia VII. Kal. Iulii, *MG. LL. Constit. I, nr.* 293. 4) *Immo filium Wilhelmi I., nepotem Rogerii II. regum.* 5) *Constantiam, filiam Rogerii II. postumam (Gotifr. Vit. Pantheon* 23, 50, *SS. XXII, p.* 263*) a.* 1154. *natam. Soror regis Wilhelmi (II.) perperam dicitur etiam in Hist. Rom. pont., B. Pez, Thes. anecd. nov. I,* 3, *col.* 395 *sq.* 6) *Augustae a.* 1184. *Oct.* 29.; *cf. B. de Simson apud W. de Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 618. 7) *Cf. Gisleb. Chron. Hanon. §* 33, *ed. L. Vanderkindere (Brux.* 1904*), p.* 66; *Ann. Stad.* 1184, *SS. XVI, p.* 350; *Sigeb. contin. Aquicinct. a.* 1189, *SS. VI, p.* 425 *sq.*; *Ann. Cassin. a.* 1190, *SS. XIX, p.* 314 (apud Troiam); *Rycc. de S. Germano a.* 1188, *SS. XIX, p.* 324; *Gesta Henr. II. et Ricardi I. SS. XXVII, p.* 113, *cf. p.* 122. 129; *Petri de Ebulo Lib. ad hon. augusti v.* 43 *sq., ed. G. B. Siragusa, Roma* 1906 *('Fonti per la storia d'Italia'), p.* 8; *Hist. Rom. pont., B. Pez, Thes. anecd. nov. I,* 3, *col.* 395. 8) *Otto Fris. Chron. VII,* 24 *fin.*

Sicilia coadunati principes filiam[1] Willehelmi[a], Hainrici[b]
regis sponsam, cum maximo apparatu regalique pompa
cum imperatore et sponso obviam procedentes[2] susci-
1186. (Ian. 27). piunt ac cum maximo regni fastigio nupcias peregerunt.
In hac[c] curia Italicis plenarie gratiam imperatoris adi-
piscentibus paceque ad integrum reformata, amnestia,
id est malorum oblivio[3], obsequiis eorum multifarie deli-
butus, in eternum mansura stabilitur[4], solutaque curia
(Iunio ex.). imperatore cum filio[5] eiusque uxore transalpinante omnes
cum gaudio ad propria revertuntur. Igitur, sicut de
Theodorico Gottorum[d] rege legitur[6], universis per cir-
cuitum regibus affinitate seu federe seu subiectione Frid-
rico imperatori consociatis, imperii status multis modis
1187. eo imperante exaltatur. Nam regi Francorum[7] confede-
ratus[8] regisque Sicilie filia filio suo coniuncta regem
Ungarorum[9] prono obsequio devotissimum semper habuit
1188. regisque Hyspaniarum[e] filiam[10] alteri filio suo Cônrado[f],
licet inefficax remanserit[11], desponsavit. Preterea ante
1162. (Aug.—Sept.). hec omnia in curia Tholensi[g]·* iuxta Bisuntium[h] regi

*) 2 *in marg. manu scribae add.:* Hec est Dola post mortem
Karoli ducis Burgundie a Francis destructa, anno
1479. videlicet M^{0}CCCC^{0}LXXIX^0.

a) Wilhelmi 2. b) Hanrici 2. c) hac *a scriba in marg. suppl.* 1. d) Gothorum 2. e) Hisp. 2. f) cǒnrado chůnrado 2, *sed* cǒnrado *del.* g) dolensi 2. h) *secundum* -i- *alia manu superscr.* 1; Bisuncium 2.

1) *Immo amitam; supra p.* 39, *n.* 5. 2) *Cf. B. de Simson l. c. p.* 639 *sq.* 3) *Cf. ex. gr. Oros. II,* 17, 15: amnestiam vocaverunt, id est abolitionem malorum. 4) *De qua aliunde non constat.* 5) *Heinricus rex in Italia remansit.* 6) *Otto Fris. Chron. V,* 1 *fin.; Frutolfus, SS. VI, p.* 129, *l.* 19 *sq.; Iord. Get. c.* 58, 303. 7) *Philippo II. Augusto, qui paulo post imperatorem a.* 1187. *Decembri inter Ivoy et Mouzon convenit; cf. P. Scheffer-Boichorst in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' X, p.* 483 *sqq.* (= *'Gesamm. Schriften' II, p.* 22 *sqq.); A. Cartellieri, 'Philipp II. August' II, p.* 249. 262 *sqq.* 8) Foedus . . . bullis eorum aureis in scripto roboratum *est, Gest. Trever. contin. III. c.* 11, *SS. XXIV, p.* 387. 9) *Belam III., cuius filiam filio suo Friderico duci Sueviae desponsavit, Chron. Ursp., SS. XXIII, p.* 358, *l.* 51, *a.* 1189. 10) *Berengariam filiam Aldefonsi VIII. regis Castellae; pactum sponsalicium d. d.* 23. *April.* 1188. *habes MG. LL. Constit. I, nr.* 319. 11) *Roderici Tolet. De rebus Hispaniae VII,* 24, *(Schott), Hispania illustrata II, Francofurti* 1603, *p.* 123: Sed ipso Conrado in Teutoniam revertente praedicta domicella desponsationi continuo contradixit, et per Gundisalvum Toletanum primatem et Gregorium S. Angeli diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum divortio celebrato puella Verengaria mansit innupta. *Quod inter a.* 1190. *Oct.* 14. *(cf. diploma Aldefonsi VIII. citatum apud Est. de Garibay, 'Compendio historial de las chronicas y universal historia de todos los reynos de España', l. XII, c.* 24, *t. II, p.* 134

Danorum[1], corona imposita regnum[a] sub hominio con- 1162.
cessit ac ducem Boemie[2] in dignitatem regiam extollens[3] 1158.
ius nomenque regium corona imposita ei contulit.

29. His temporibus Baldewinus[b] rex Hierosoli- 1185.
morum moriens[4] filiam[5] nubilem — nam filio carebat —
regni reliquit[c] heredem, quod merito[d] *in se ipsum divi-* Luc. 11, 17.
sum peccatis exigentibus *desolandum*[6] et a paganis con-
culcandum erat, quia in manus puelle non bono omine
regendum devenerat[7]. Nam principum ipsius regni quis-
que regnare gestiens eandem puellam cum regno here-
ditario sibi, si coniugio carebat, vel filio, si coniugatus,
vel proximo, filio carens, iungi desiderabat, hacque[e] de
causa maxima inter eos conflata invidia regnum dedit
exicio. Ipsa autem spretis indigenis Widonem[8] comitem[f]
Ascalonis, advenam videlicet elegantis[g] forme spectateque
fortitudinis virum[9], ascivit eumque regno induens favente 1186.
patriarcha[10] necnon[h] militibus Templi[11] sibi in matri-
monium coniunxit. Unde reliqui principes valde per-
moti sunt, maximeque comes Tripolitanus[12] eum regem
habere, quia peregrinus erat, indigne ferens Sarracenos
accepto precio regno induxit traditisque eis castellis
quibusdam et civitatibus ad optinendam Ierosolimam
accendit[13]. Ad quod animum[i] intendentes quosdam de

a) regi *corr. alia manu* regnum 1. b) *super* Baldwinus *superscr.* ·III· 2. c) reliquid 1. d) merito24 *radendo corr.* merito 1. e) hēq; 1. f) comittem 1. g) elegantes *corr. alia manu* elegantis 1. h) -non *supra lin. suppl.* 1. i) annum *alia manu corr.* animum 1.

(Barcelona 1628*); Mondexar, 'Memorias historicas de la vida y acciones del rey D. Alonso el Noble, octavo del nombre, ilustr. por D. Fr. Cerdà y Rico', Madrid* 1783, *p.* 163*) et a.* 1193. *Aug.* 30. *(quo die Gonzalo archiepiscopus Toletanus obiit) factum esse videtur.*

1) *Waldemaro I.* 2) *Wladislaum II.* 3) *Die* 18. *Ianuarii* 1158. *W.; MG. LL. Constit. I, nr.* 170. *Cf. Rahew. G. Frid. III,* 14. 4) *Cui Sibyllae sororis et Wilhelmi marchionis Montisferrati filius Balduinus V. puer septennis successit, qui a.* 1186. *obiit.* 5) *Immo sororem, Sibyllam nomine; cf. notam praecedentem.* 6) *Luc.* 11, 17: Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur; *cf. Ezech.* 36, 3: desolati estis et conculcati per circuitum et facti in hereditatem reliquis gentibus. 7) *Cf. Ottonis Fris. Chron. V,* 29: orbis imperium, quod in manus feminae non digne devenerat. 8) *de Lusignan, Pictaviensem, cui Sibylla iam a.* 1180. *nupserat; cf. R. Röhricht, 'Geschichte des Königreichs Jerusalem', Innsbruck* 1897, *p.* 388 *sq.* 9) *Cf. ex. gr. Iustin. III,* 6, 12: Periclem spectatae virtutis virum. 10) *Hierosolymitano, Heraclio nomine.* 11) *Maxime Gerhardo de Ridaforte magistro Templariorum.* 12) *Raimundus III.* 13) *Minime; cf. F. Groh, 'Der Zusammenbruch des Reiches Jerusalem.* 1187—1189*', dissert. Jena* 1909, *p.* 70 *sqq.*

militibus Templi cum quibusdam terre ipsius maioribus precio corruptos[a] illata a se regno sepius latrocinia — ne videlicet eis[b] latrocinia exercentibus[1] vi obsisterent — dissimulare fecerunt sicque maximam regionis partem quantocius obtinuerunt.

1187. 30. Anno dominice incarnationis M°CLXXXVII. Saladinus rex Sarracenorum apud Damascum habitans, nequissimum Christianorum animadvertens commercium eosque discordia, invidia, avaricia infectos considerans, tempus oportunum ratus[2] ad optinendam totam Syriam[c] cum Palestina intendit animum, congregatoque validissimo de omni oriente Sarracenorum exercitu procinctum contra Christianos movit eisque per totam Palestinam igne ferroque instans castella multa civitatesque occisis vel captis Christianis expugnavit Sarracenosque ibi ad inhabitandum collocavit. Rex itaque Ierosolimorum necnon egregius princeps Antiocensis[d] Reinaldus[3] aliique Christianorum proceres[e] contracto grandi exercitu dominica cruce exercitum precedente Saladino occurrunt eique *(Iul. 3. 4).* bello congrediuntur[4]. A quo superati, multis Christianorum milibus occisis, cruce dominica, proh[f] dolor[g], capta, Christiani fugantur, rexque necnon Reinaldus illustrissimus princeps cum multis aliis Christianis capti Damascum ducuntur ibique[5] idem rex[6] et prefatus princeps in confessione vere fidei decollantur. Hac victoria insolescentibus paganis, omni provincia devastata cunctisque civitatibus Christianorum sive[h] possessis sive dirutis, excepta Tiro et Sydone, Tripoli et Antiochia[i] ac[k] paucis aliis civitatibus et castellis munitissimis et *(Iul. 9).* inexpugnabilibus, capta prius Accaron, ubi portus est, que[l] unicum et speciale Christianorum refugium[7] hactenus fuit et est[m], Hierusalem obsidione cinxerunt, ac destructis in circuitu ecclesiis, Bethleemitana videlicet

a) corruptis *corr. a scriba* -tos 1. b) ei⁹ 1. c) Siriam 2. d) Anthiocensis 2. e) proces *corr. alia manu* proceres 1. f) proch 2. g) dolo24 *corr.* dolor 1. h) sive possessis *om.* 1; sive poss. sive *om. Urstis.* i) Anthiochia 2. k) et 2. l) *ita* (q̄) 1. 2; quod *Urstis.* m) et est *iterum add., sed del.* 1.

1) *Iudic.* 9, 25: exercebant latrocinia. 2) 2. *Mach.* 4, 32: Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum; *infra c.* 50, *p.* 82, *l.* 18. 3) *de Châtillon, dominus de Kerak trans Iordanem, qui a.* 1153—1160. *Antiochenum principatum per uxorem Constantiam tenuerat; cf. G. Schlumberger, 'Renaud de Châtillon, prince d'Antioche, seigneur de la Terre d'Outre-Jourdain', Paris* 1898. 4) *Apud Hattin Galileae.* 5) *Immo iam apud Hattin.* 6) *Minime.* 7) *Eadem fere verba de Edessa apud Ottonem Fris. Chron. VII,* 30.

1187. (Oct. 2). et Olyvetana[a] multisque aliis, tandem eiectis per condicionem Christianis Hierusalem capitur, sanctaque redemptionis nostre loca profanata a paganis incoluntur. Nec silendum arbitror, quod obsessa Ierusalem paganis irruentibus una turrium[1] occisis plerisque Christianis imposito Saladini *vexillo[2] capta est, unde civibus orta desperatio relicta murorum defensione[b] eadem die civitatem *in ore gladii*[3] exterminandam pene dederat exicio. Quod videns quidam miles Teutonicus[4] ex desperatione sumens audaciam[5] quosdamque circa se hortatus impetu magnanimiter in hostes facto turrim vi obtinuit, occisisque in ea paganis[6] vexillum Saladini truncata hasta deiciens de eminencia turris in lutum proiecit civibusque fiduciam resistendi hoc facto conferens ad defensionem[b] murorum eos quantocius reduxit. Postque civitate per condicionem, ut dictum est, tradita sepulchrum Domini a paganis questus gratia[7] in veneratione habetur. Facta est hec terre sancte lamentabilis desolatio anno ab incarnatione Domini M°CLXXXVII, ab adventu vero 1187. Francorum, quando[c] eadem terra a paganis per Gotfridum ducem liberata est[8], anno LXXX°VIII°. Sicque Saladinus Palestina subacta ecclesiam transmarinam miserabiliter attrivit, ipsaque regio iam[d] per multos annos paganis subdita gemit. Eodem anno Urbano III.[e] papa mortuo, Gregorius VIII.[e] successit. Quo (Oct. 19/20). infra dies quasi decem[9] defuncto[f], Clemens III.[e] substituitur, in ordine C[us]LXXIIII[us]. (Dec. 17). Qui[10] lamentabili de

*p. 319.

a) Olivetana 2. b) deffens. 2. c) quondam, *ut videtur, corr. alia manu* quando 1. d) iam *om.* 1. e) III. *et* VIII. *et* III. *eadem manu superscr.* 1. 2. f) deffuncto 2.

1) Turrim novam, quam construxerant fratres Hospitalis, *nominat Epistola episcopi Wilhelmi, R. Röhricht, 'Beiträge zur Geschichte der Kreuzzüge' I (*1874*), p.* 191, *quae id septima obsidionis die, qui dies* 26. *Sept. fuisse videtur, factum esse tradit.* 2) intraverunt eam cum tribus signis, *ibidem.* 3) *Ex. gr. Exod.* 17, 13 *etc.; cf. infra p.* 50, *n.* 2. 4) Swevus quidam miles, qui superne remunerationis gratia diu serviverat infirmis, *a patriarcha multis muneribus provocatus, Epist. episc. Wilh. l. c. Cf. R. Röhricht l. c. p.* 457; *F. Groh l. c. p.* 38 *sq.* 5) *Cf. Hegesipp. Bell. Iud. III,* 9: Quod videntes Iudaei . . . ipsa desperatione audaciam sumpsere; *G. Frid. II,* 21, *p.* 124, *l.* 3 *sq.* 6) tribus *Epist. ep. Wilh. l. c.* 7) *Verba Ottonis Fris., Chron. VII,* 2, *p.* 310, *l.* 22 *sq.; cf. Arnold. Lubec. IV,* 5, *SS. XXI, p.* 169, *l.* 24 *sqq.; infra c.* 40, *p.* 64, *l.* 14. 8) *Cf. Ottonis Fris. Chron. VII,* 4. 9) *Die* 21. *Oct. electus,* 25. *Oct. consecratus, dies* 58 *sedit.* 10) *Iam Gregorius VIII. idem facere coeperat; Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 16014. 16019. 16034 *(a.* 1187. *Oct.* 27. 29. *Nov.* 3*); cf. A. Cartellieri, 'Philipp II. August' II, p.* 268 *sqq. Sed talium Clementis III. litterarum etiam Arnold. Lub. IV,* 6. *mentionem facit.*

subversione transmarine terre accepto nuncio, omni ecclesie ad placandum Deum indicta penitencia[1], legatos[a] suos cardinales episcopos et presbyteros in omnes cismarine ecclesie fines direxit, filiis ecclesie matris confusionem[b] paterno conquerens affectu et, ut matri vim pacienti memores uberum[2], quorum lacte primitiva ecclesia in Ierusalem nutrita in eis virili robore convaluit, subveniant, obtestatur, cruceque accepta in remissionem peccatorum, crucis servos[c] se gloriantes, crucis ignominiam, que a paganis capta tenebatur, in laudem et gloriam vindicent[d] crucifixi, verbo predicationis magnanimiter hortatur.

1188. *Mart.* 20—27. 31. Anno dominice incarnationis M°CLXXXVIII. Fridricus imperator generalem curiam in media quadragesima Maguncie celebravit ibique per totam Germaniam sedatis bellorum turbinibus pace undique reformata rei publice negocia tractavit. Ad quam legati sedis[e] apostolice[3] venientes imperatori[f] desolationem transmarine ecclesie scriptis et verbis ex persona domni apostolici ac tocius ecclesie conquesti representaverunt patrociniumque Romani imperii per eius auxilium imploraverunt. Qui habita deliberatione ad subveniendum se obtulit[g] acceptaque cum filio, Fridrico scilicet duce Swevorum, peregrinationis[h] cruce in remissionem peccatorum crucis ignominiam se vindicaturum publice denunciavit et ad idem negocium sui exemplo multos regni optimates cum multitudine diverse condicionis et etatis accendit[4]. Cardinales autem his patratis a curia digressi verbo predicationis per diversas imperii partes instabant multisque relinquere patrem et matrem, uxorem et filios et agros propter nomen Christi[5] et crucem tollere[6], ipsum sequi in expedicionem transmarinam persuaserunt[i] et innumerabilem[k] exercitum contraxerunt.

a) legatus *corr.* legatos 1. b) confusione 2. c) *secundum* -s *e corr.* 1. d) vindicent *om.* 2. e) apostolice sedis 2. f) *alterum* -i- *in loco raso* 1. g) -ulit *in loco raso* 1. h) peregrinis *corr. alia manu* peregrinationis 1. i) permanserunt *a scriba corr.* persuaserunt 1. k) -bile *alio atram. corr.* -bilem 1.

1) *Quam Gregorius VIII. instituit a.* 1187. *Oct.* 29. 30. *Nov.* 18, *Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr.* 16018. 16022. 16058. 2) *Cant.* 1, 3: memores uberum tuorum super vinum. 3) *Heinricus cardinalis episcopus Albanensis.* 4) *Cf. Ottonis Fris. Chron. VII,* 8 *in.:* imperator Heinricus . . . sepulchrum Domini se visitaturum publice denunciavit ac multos ex diversis partibus regni ad idem accendit. 5) *Cf. Marc.* 10, 29: qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter me et propter evangelium. 6) *Cf. Matth.* 16, 24. *Marc.* 8, 34: et tollat crucem suam et sequatur me.

Quibus omnibus imperator[a] sequentis anni[b] Maio[1] tempus profectionis constituit, pauperioribus ad minus trium marcarum expensam, dicioribus pro posse expensis[c] preparari indicens[2]. Egentibus autem pondo trium marcarum sub anathemate profectionem fecit interdici, nolens exercitum vulgo minus ydoneo[d] pregravari[3]. Hiis[e] in Romano imperio patratis[4] apostolicus a latere suo cardinales regi Francorum Ludewico[5] necnon Richardo[6] *1188. (Ian. 21).* regi Anglorum dirigens ad[f] idem opus cruce imposita accendit multosque de predictorum regnorum finibus in eandem miliciam coadunavit. Hac tempestate Colonienses[g] maximis studiis et sumptibus civitatem suam munientes eam muro cinxerunt[h] firmissimo. Que res imperatori suspecta displicuit, eisque excidium interminans municiones dissipare rupto per IIII[or] loca muro[7] *(Mart.).* eos minaciter[i] coegit. Hiis[e] diebus nuncii soldani regis Iconiensis ad imperatorem venerunt[8] fedusque, *(Dec. ex.).* quamvis in dolo, renovantes commeatum per totam Ciliciam cunctoque exercitui, si pacificus veniret[9], ex parte domini sui obtulerunt[10]. Per Ciliciam enim imperator[a] terram soldani, cuius caput Yconium est, cum exercitu transiturus erat, ideoque pagani terre sue metuentes fe-

a) ipat' 1. b) anno *radendo corr.* anni 1. c) expensas *proponit Bresslau.* d) ydoneum 2. e) His 2. f) ac 2. g) Coloniensis *corr. alio atram.* Colonienses 1. h) firmissimo cinxerunt 2. i) m- *alia manu e corr.* 1.

1) *Ita etiam Arnold. Lub. IV,* 7; *diem b. Georgii (April.* 23*) habent Ann. Magdeb. SS. XVI, p.* 195; *Cron. S. Petri Erford. mod.; Hist. peregrin., Canisius, Antiquae lectionis t. V,* 2, *p.* 54 *(Canisius-Basnage, Thes. monument. III,* 1725, *p.* 504*); cf. Gesta Henr. II. et Ric. I., SS. XXVII, p.* 110, *l.* 25; *Chron. regia Colon. a.* 1189, *p.* 144; *Ann. Plac. Gib., SS. XVIII, p.* 466, *l.* 11 *(cf. Gesta Fed. I. imp. in exped. sacra, ed. Holder-Egger, SS. r. Germ., p.* 78*).* 2) *Cf. Ann. Marbac. q. d. a.* 1188, *ed. H. Bloch, p.* 60; *Hist. peregrin. p.* 54 *(*504*); Ricard. Lond. Itin. peregr. I,* 19, *SS. XXVII, p.* 200. 3) *Cf. Hist. peregr. p.* 54 *(*504*).* 4) *Immo antea; nam a.* 1188. *Ianuar.* 21. *inter Gisortium et Tryam conventu habito Heinrico Albanensi cardinali legato praesente reges Franciae et Angliae simul cruces acceperant.* 5) *Immo Philippo II. Augusto.* 6) *Immo Heinrico II., qui a.* 1189. *Iul.* 6. *obiit, Richardum filium heredem et regni et voti crucis relinquens.* 7) *Immo fossato quatuor locis reimpleto, una portarum destructa duobusque milibus marcarum ducentis et sexaginta datis, quod in curia Moguntina (supra p.* 44, *l.* 14 *sq.) factum est, Chron. regia Colon. p.* 139. 8) *Apud Nürnberg, Ann. Pegav. a.* 1189, *SS. XVI, p.* 266; *Ansbert. Hist. de exped. Frid. imp., Fontes rerum Austriac. SS. V, p.* 13. 9) *Cf. Gen.* 42, 11: pacifici venimus. 10) *Quem imperator per Gotefridum de Wiesenbach militem de hac re requisierat, Chron. regia Colon. a.* 1188, *p.* 141; *cf. ib. a.* 1189, *p.* 142; *Hist. peregr. p.* 54. 55 *sq. (p.* 504. 505*).*

dere quesito pacem quam bellum malebant, licet aliter optatis[a] evenerit[1].

1189. 32. Anno dominice incarnationis M°CLXXXIX.*

Maii 28. Fridricus imperator in pentecoste[b] generalem *curiam *p. 320.
Prehsburc[c] in markia Ungarie celebrans[2] exercitum peregrinorum in miliciam Christi coadunavit, traditisque regalibus[3] Heinrico[d] regi filio suo[4] divisisque pro velle suo inter filios prediorum suorum reditibus cum collatis dignitatibus[5] omnibusque bene dispositis cunctis valedixit et cum filio equivoco Swevorum duce necnon et marchione[e] de Misen[6] cum Saxonibus[7] et multis aliis principibus et episcopis exercitu omni militari apparatu admodum instructo et copiosissimo in orientem contra Saladinum Sarracenorum regem et omnes crucis Christi inimicos procinctum movit, ac per Ungariam iter arripiens multis muneribus a rege Ungarie[8] liberaliter honoratus, datis etiam exercitui victualibus in copia farine, vini
(Iun. 28). carniumque, in Bulgariam copias[f] transposuit[9] ibique negata sibi ab incolis regia via[10] eam vi obtinuit occisaque multitudine resistencium multos ex eis captos ex utraque parte vie ramis arborum illaqueatos suspendit, seque per hoc non in pera et baculo[g], sed in lancea et

*) 1 *in marg. manu quae Liutoldi videtur add.:*
1189. Annis undenis demptis de mille CC[tis]
Christus ut est natus, transit mare rex Fridericus[11].

a) obtatis 1. b) penthecoste 2. c) Prehsburch 2. d) Henr. 2. e) markione 2. f) copias *om.* 2. g) ipet et baculo, *post* -t *vestigia rasurae atque* et *alia manu supra lin.* 1.

1) *Cap.* 34. 2) in planicie camporum, qui vulgo Viervelt dicitur, iuxta Bosonium urbem, *Ansbert. p.* 15; *Hist. peregr. p.* 57 *(p.* 506*).* 3) *Quorum etiam Sicardus Cremon., SS. XXXI, p.* 169, *l.* 8, *meminit.* 4) *Quod iam antea Ratisponae Aprili ex. vel Maio in. factum esse videtur; cf. Chron. regia Colon. p.* 144; *Ansbert. p.* 14 *sq.; Chron. montis Sereni, SS. XXIII, p.* 161. *Nam pentecosten Heinricus VI. Spirae celebravit, Gisleb. Chron. Hanon. §* 153, *ed. L. Vanderkindere, p.* 237. 5) *Quod itidem ad curiam Ratisponensem spectare videtur; cf. Hugonis contin. Weingart.* 2, *SS. XXI, p.* 478, *l.* 34 *sqq.; B. de Simson apud Giesebrecht 'DKZ.' VI, p.* 689; *v. etiam supra c.* 21, *p.* 30 *sq.* 6) *Fortasse Dietericus comes, filius Ottonis, frater Alberti marchionum Misnensium; cf. R. Röhricht, 'Die Deutschen im Heiligen Lande', Innsbruck* 1894, *p.* 67 *sq.; A. Cartellieri, 'Philipp II. August' II (*1906*), p.* 322 *sq.* 7) *Cf. Ansbert. p.* 16. 8) *Bela III. W.* 9) *Savo flumine superato.* 10) *Num.* 21, 22: via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. 11) *Item in cod. Paris. bibl. nat. nr.* 4895 *A (supra in praefatione* 1a*), SS. XXII, p.* 367; *cf. Chron. Ursperg. a.* 1189, *SS. XXIII, p.* 363.

gladio sepulchrum[a] Domini visitare ostendit sicque trans- 1189. ita Bulgaria Greciam applicuit. Greci itaque Bulgaris inhumaniores subtracto exercitui omni humanitatis necessitate simulque rerum venalium commeatu iussu imperatoris Constantinopolitani[b, 1] milites sancti sepulchri necessariis defraudaverunt seque in municiones congestis rebus omnibus undique receperunt. Cesar itaque hec a Christianis pati egre ferens exercitum ad rapinam data licencia relaxavit Grecisque velut[c] paganis uti[d], quorum fautores his actibus se ostendebant, edicto constituit. Qua occasione totus effusus exercitus civitatem opinatissimam[e] Philipopolim forti aggressione captam expug- *(Aug. 25. vel 26)*. navit[2] opimaque[f] preda ibi direpta castrum munitissimum Themut[3] dictum simili impetu obtinuit hocque *(Nov. 24)*. terrore multa castella et civitates Grecorum sibi subiecit, profligataque regione opulenta preda ditati reliquos ad commeatum coegerunt. Hiis[g] circa finem mensis Augusti gestis augustus convocatis principibus eorum consilio in Grecia hiemare statuit omnique in circuitu[h] subiecta sibi terra montem quendam accessu difficilem ad receptionem exercitus[i] munivit eumque Teutonico idiomate[k] Chunigisberc[l, 4] nuncupavit. Ubi contra faciem[5] Constantinopolitane civitatis potenter residens omniaque necessaria exercitui a civitatibus finitimis convehi faciens Grecam astuciam[6] Romana potencia Germanicaque fortitudine[7] devicit totaque hieme usque ad pascha[m] anni 1190. *Mart. 25.* sequentis inibi[n] mansit[8], Grecis cum imperatore suo semper a facie eius in fuga[o] constitutis[9].

a) sepulcrum 2. b) Constantipolitani, *ultimum* -i *e corr.* 1. c) velud 1. d) *ita scripsi;* ute *alia manu mut.* utend' (= utendum) 1; uté 2; utendi *Urstis.* e) *ita* 2. *Ussermann;* oppinātissimam *mut.* oppinat. 1; opimatissimam *Urstis.* f) opinaque *corr. manu coaeva* opimaque 1. g) His 2. h) -tu *in fine versus manu coaeva suppl.* 1. i) -s *postera manu suppl.* 1. k) ideomate *corr.* idiomate 1; ydeomate *corr.* ydyomate 2. l) Chunigisberch 2. m) pasca 2. n) ii, ¯ et i *alia manu,* i *etiam in loco raso* 1. o) fugam, *omisso* in 1, *pro quo in marg. alia manu suppl.* ad.

1) *Isaak II. Angeli.* 2) *Immo fere vacuam ab incolis relictam occupavit.* 3) *Dimotika ad Maritzam fluvium.* 4) *Qui alibi non memoratur. Fridericus imperator, exercitu in tres partes diviso, ipse apud Adrianopolim hiemavit; epist. Dietboldi ep. Patav., SS. XVII, p.* 510, *l.* 60 *sq.; Ansbert. p.* 40; *Ric. Lond. Itiner. peregr. I,* 22, *SS. XXVII, p.* 201; *Gesta Fed. I. imp. in exped. sacra, ed. Holder-Egger, p.* 82; *cf. Arnold. Lubic. IV,* 9. 5) *Ex. gr.* 1. *Mach.* 16, 6: admovit castra contra faciem eorum. 6) *Cf. G. Frid. IV,* 20, *p.* 193: non se ignorare Danaum insidias et Grecam astutiam. 7) *Cf. infra c.* 35, *p.* 53. *et n.* 1. 8) *In diebus paschae a.* 1190. *imperator Hellespontum transiit, ab Adrianopoli iam die* 2. *Mart. castris motis.* 9) *Cf. ex. gr. Ps.* 88, 24: concidam a facie ipsius inimicos eius et odientes eum in fugam convertam.

1191. 33. Anno dominice incarnationis M°C°XC. Cle-
(Mart.) mens III.[a] papa obiit, eique Celestinus III.[a] in ordine
(Mart. 30). 1191. C^{us}LXX^{us}V^{us} successit. Eodem anno Leopaldus dux
Orientalis[1] et exercitus[b] Coloniensium multique de in-
1189. ferioribus partibus Reni[c][2] cruce peregrinationis accepta
a Brundusio[d][3] mare transvecti Accaron applicuerunt,
1191. illucque iam rege Anglorum Richardo[4] necnon et rege
Francorum Ludewico[5] cum instructa milicia tendentibus,
Pisanis[6] cum Ytalico exercitu eandem urbem iam obsi-
dentibus[7] consociantur ipsamque totis viribus impugnant,
Saladino summa industria obsessis opem ferente. Eo-
1191. dem anno filius Fridrici[e] imperatoris Heinricus[f] rex
contracto exercitu Alpes transcendens Ytaliam ingreditur
indeque ad Urbem tendens a Celestino papa gloriose
susceptus ab eoque omnium Romanorum favore una cum
(April. 15). coniuge in die sancto[g] pasce[h] coronatus[8] imperatoris et
augusti nomen nonagesimus quintus ab Augusto sortitur.
Hunc[i] favorem Romanorum avaricie eorum maximis[k] mu-
neribus satisfaciens promeruit ac Tusculanense castellum,
quod asilum imperii contra omnes insultus eorum hac-
tenus extitit[9], ipsis tradens imperium in hoc non medio-

a) III. *eadem manu eodemque atram. superscr.* 1. 2. b) exercitum *alia manu corr.* -tus 1. c) regni Rheni 2, *sed* regni *del.* d) Brundosio 2. e) *super* Fridrici *alia ut videtur manu superscr.* ·I· 1. f) Henr. 2. g) sce̅ 2. h) pasche 2. i) *ita* 2; Hic, -ic *in loco raso* 1. k) maximis *om.* 2.

1) *A.* 1190. *Aug.* 15. *Wienna profectus Venetiis navibus conscensis Zarae hiemare coactus vere demum a.* 1191. *ad portum Accon applicuit; Ansbert. p.* 76 *sq.; cf. Ann. Marbac. q. d. a.* 1189, *ed. H. Bloch, p.* 60; *Contin. Cremifan. a.* 1190, *Admunt. a.* 1191, *SS. IX, p.* 547. 587. 2) *A.* 1189. *Febr. et Aprili de ostiis Rheni et Wisarae profecti rebus fortiter in Portugalia gestis priores mense Augusto in Terram Sanctam venerunt, posteriores d.* 17. *Oct. Massiliam applicuerunt; F. Kurth, 'Der Anteil niederdeutscher Kreuzfahrer an den Kämpfen der Portugiesen gegen die Mauren', 'Mitteil. des Inst. f. Oesterreich. Geschichtsforschung, Erg.-B.' VIII, p.* 175. 207. 3) *Minime. Sed Ludewicus III. lantgravius Thuringiae c. d.* 29. *Iun. a.* 1189. *profectus Brundisii navem conscendit, Cron. Reinhardsbrunn. a.* 1190, *SS. XXX, p.* 545, *l.* 30 *sqq.; cf. Ann. Marbac. q. d. a.* 1188, *p.* 59; *Ansbert. p.* 17. 4) *A.* 1191. *Iun.* 8. *Accon venit.* 5) *Philippo II. Augusto, qui a.* 1191. *April.* 20. *applicuerat.* 6) *Cf. Tholom. Luc. Ann. a.* 1181, *Muratori SS. rerum Ital. XI, col.* 1272; *ed. C. Minutoli, in 'Documenti di storia Italiana' VI, 'Cronache dei sec. XIII e XIV', Firenze* 1876, *p.* 59: Italicos, qui sub nomine Pisanorum agebant et denominabantur; *Ricardi Lond. Itinerar. I,* 26, *ed. W. Stubbs, London* 1864, *p.* 62 *(Rerum Britann. medii aevi SS. 'Rolls series').* 7) *Die* 28. *Aug.* 1189. *urbs obsideri coepta est.* 8) *Die* 15. *Aprilis* 1191. *[id est secunda feria paschae], scilicet post mortem Friderici I. W.* 9) *Similiter Chron. regia Colon. p.* 152: eo quod omne munimen imperatoris contra ipsos in illo constabat.

criter dehonestavit. Qui statim tota urbe effusi in ipsa 1190.
die parasceue[1] castellum funditus destruxerunt dirutis- *(April. 17).*
que turribus et muris igne postremo consumpserunt in
vindictam cladis a Christiano Magunciensi[a] episcopo[b]
sibi inibi quondam bello illate[2]. Igitur imperator[c]
Constantinopolitanus vim cesaris Fridrici ferre non pre-
valens animum eius pro commissis satisfaciens placavit
paceque data[3] exercitum omni opulentia[d] victualium
collata animequiorem[e] reddidit sicque reconciliatus au-
gusto accepto federe post pascha presentis anni[4] structis *Mart.* 25.
summo studio navibus ipsum cum exercitu per Proponti-
dem[5] transvexit.

321. *34. Itaque Heinrico imperatore imperio occidentis
sortito[f], Fridricus augustus viribus Germanorum orientem
aggreditur ingressusque cum exercitu Asiam prosperis
successibus aliquod[g] tempus incessit, omnibus ei in tota
Romania pro voto parentibus. Igitur soldanus rex
Iconii[6] apropinquante[h] augusto cum exercitu fedus[7] in-
fringens victualia cum aliis rebus per totam Ciliciam in
municiones comportari[i] fecit mercatumque exercitui, ut-
pote barbarus et Scita[8] perfidissimus, conferre noluit.
Qua de re maxima fames exercitui inhorruit ac pleros-
que mulos, asinos et equos[9], cibum insolitum, manducare
coegit. Preter hec exercitu paganorum latenter immisso
extremos agminis pabulatoresque Christiani exercitus la-
tronum more assiduis incursionibus, aliquibus interdum
occisis, inquietabant; sepius se publice ordinatis agmini-
bus ostendentes nostris equo Marte[k] eis congredi cupien-
tibus retro cedebant[l] conserereque nullo modo volebant.
Augustus ergo tali incommodo exercitum fameque et
omni penuria laborantem respectu pacti federis cum sol-

a) Maguntinensi 2. b) archiepiscopo 2. c) ĩpat' 1. d) -ti- *e corr.* 1. e) -rum *alia manu corr.* -rem 1. f) solito 2. g) aliquot 2; ad *Urstis.* h) approp. 2. i) comportare 2. k) in arte *alio atram. corr.* marte 1; in arte 2. l) cedebat *corr. alio atr.* cedebāt 1.

1) *April.* 12, *perperam; cf. Roger. de Hoveden Chron., SS. XXVII, p.* 155; *Radulf. de Diceto, Ymag. hist., ib. p.* 281, *l.* 1. 2) *Supra c.* 20. 3) *Adrianopoli a.* 1190. *Febr.* 14; *cf. K. Zimmert in 'Byzantinische Zeitschrift' XI,* 1902, *p.* 303 *sqq.,* 689 *sq.* 4) *Scil.* 1190, *quem hic et in cap. sequenti cum sequenti confundit auctor. W.* 5) *Hellespontum. Ipse imperator d.* 28. *Mart. transfretavit.* 6) *Kilidsch Arslan tunc temporis filio Kutbeddin, Saladini genero, regnum tradiderat.* 7) *Supra c.* 31, *p.* 45 *sq.* 8) *Cf. Colos.* 3, 11: barbarus et Scytha. 9) *Cf. epist. de morte Frid. imp., SS. XX, p.* 495, *l.* 20; *Ansbert. p.* 63.

1190. dano a devastatione ac rapina refrenabat, estimans aut hec[a] ignorante aut invito soldano committi. Ubi vero per veredarios hec[a] de industria soldani[b] publicata eius perfidia fieri[c] cognovit, iratus soldano hoste pronunciato exercitum ad ulcionem relaxavit totaque Cilicia cum Pamphilia[d] Frigiaque proscripta cedibus, rapinis, igne ferroque utens profligavit[1] cuncta, paganis, licet procinctim[e] incedentibus, semper tamen in fuga constitutis. Hac itaque relaxatione recreato exercitu Iconium versus, tocius Cilicie metropolim soldanique archisolium, aciem direxit eamque inaudita celeritate expugnavit. Denique civitas hec populosissima, maximo murorum ambitu turriumque proceritate munitissima, arcem inexpugnabilem[f] in medio sui complectens, omnibus ad obsidionem necessariis referta fuerat, cuncta extrinsecus regione victualibus nudata, ne superveniens[g] augustus militem ibi aliquandiu sustentare posset. Sed Deo conatum paganorum in contrarium vertente res aliter evenit. Nam
(Maii 18). ante horam diei terciam augustus civitatem subitaneo incursu cum maximo impetu aggressus, multitudine paganorum resistencium occisa, ante nonam expugnatam irrupit, innumeris utriusque sexus et etatis *in ore gladii*[2] trucidatis, rege soldano cum nobilioribus in arcem fugiente. Sicque civitate potitus eadem die arcem obsidione vallavit. Videns itaque soldanus viribus Germanorum cuncta cedere eosque[h] divina quadam virtute fultos ac mortis terribiliumque rerum contemptores sine cunctacione cuncta[i] invadere[k] resistencia, talibus cedere periculoso[l] doctus[m] experimento necessarium ratus, dextras ab augusto peciit[n] et, ut ei mereretur colloqui[o], sera[p] ductus penitencia desideravit. Quo concesso arce cum suis descendit[3] ac pro velle augusti factus dedi-
(Maii 23). ticius datis obsidibus reconciliatur, restituta sibi cum regno civitate Iconio.

a) h́ 1; h̊ 2. b) saldani 1. c) f*i 1. d) Panphilia 1. e) procinctim *a scriba mut.* procintū:ı 1. f) munitissimam *add., sed del.* 1. g) supervenientes *eodem atram. corr.* superveniens 1. h) periculoso doctus experimento *add.* 2, *omisso* eosque; *cf. l.* 29. i) 9cta 1. k) resistencia invadere 2. l) -loso *a scriba mut.* -losa 1. m) -us *in loco raso* 1. n) petiit 2. o) loqui 2. p) seria *Urstis.*; sero *Ussermann.*

1) *Ad voces cf. p.* 4, *n.* 3. 2) *Ex. gr.* 1. *Reg.* 22, 18: trucidavit in die illa 85 viros . . .; 19: civitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros et mulieres et parvulos et lactentes; *cf. infra c.* 36, *p.* 54, *l.* 18; *supra c.* 30, *p.* 43, *l.* 8. 3) *Tantum per nuntios Kilidsch Arslan cum imperatore convenit.*

35. His ita peractis exercituque spoliorum opu- 1190.
lencia ditato, augustus motis castris ab Iconio discessit *(Maii 26).*
cum triumpho, principibus Armeniorum undique ad eum
confluentibus[1] et precipue Leone[2], illarum regionum nobi-
lissimo Christianorum principe, qui in montanis habi-
tabant. A quibus letanter susceptus ac condignis gratia-
rum laudibus pro suo adventu et expugnatione paganorum
ei exhibitis cum magno tripudio et gloria versus Tarsum[a],
Pauli apostoli nativitate insignem[3], proficiscitur, cunctis
ei ad libitum inclinatis. Nam *terra siluit in conspectu* 1. *Mach.* 1, 3. 11, 52.
eius. Sed *terribilis in consiliis super filios hominum* Deus *Ps.* 65, 5.
nondum *venisse tempus miserendi Syon*[4] ostendens soli- *Ps.* 101, 14.
dissimam navicule Petri anchoram in augusto Fridrico
rupto fune spei post tales tantosque prosperitatum even-
tus succidit ipsamque naviculam in mediis huius mundi
procellis quassari flagellarique nondum ad purum defe-
catam permisit. Nam egregius cesar Fridricus Tarsum[a]
tendens amne quodam, parte exercitus transposita, re-
frigerandi gratia — estus quippe nimius[b] erat — eun-
dem ingressus — nandi enim peritus erat — subitaneo
frigore naturalem calorem extinguente deficiens sub-
mergitur, miserabili[c] morte imperator terra marique
potens finem vite sortitur[5]. Fertur a quibusdam hoc *(Iun. 10).*
in Cidno amne accidisse[6], in quo et Alexander Magnus
simili quidem modo sed non morte periclitatus[7] est[d. 8].
Nam Cidnus Tharso contiguus est. Obiit autem anno
regni XXXVIII[9], imperii autem XXX°V°, incarnationis

a) Tharsum 2. b) erat nimis *(!) pro* nimius erat 1. c) mis'abłit' *corr.* -li 1. d) est *om.* 1.

1) *Cf. ex. gr. Ottonis Fris. Chron. VII,* 25 *in.:* omnibus pene baronibus . . . ultro ad eum confluentibus; *Dan.* 13, 4: ad ipsum confluebant Iudaei. 2) *II., qui a.* 1187—1219. *regnavit; cf. L. M. Alishan, 'Léon le Magnifique, premier roi de Sissouan ou de l'Arménocilicie, trad. par G. Bayan'. Venise-St. Lazare* 1888; *Th. Rohde, 'König Leon II. von Kleinarmenien', dissert. Göttingen* 1869. *Leo ipse imperatorem non vidit.* 3) *Act. ap.* 21, 39. 22, 3. 4) *Psalm.* 101, 14: Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. 5) *Cf. S. Riezler in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' X (*1870*), p.* 126 *sqq.; B. de Simson apud Giesebrecht 'DKZ.' VI, p.* 722 *sq.* 6) *Immo in Calycadno, qui et Saleph, fluvio Fridericus imperator interiit.* 7) *Eccli.* 34, 13: ad mortem periclitatus sum. 8) *Oros. III,* 16, 5: (Alexander) Tarsum venit ibique, cum sudans in Cydnum praefrigidum amnem descendisset, obriguit contractuque nervorum proximus morti fuit. 9) *Immo* 39.

1190. dominice anno M°C° nonagesimo[a]. Cuius morte totus
Christianorum exer*citus irremediabiliter[b] sauciatus *p. 32
planctu intolerabili[c] augustum, si vixisset, omni orienti
metuendum luxit sepultisque intestinis eius cum reliqua
carne[d] apud Tarsum[e] ossa Antiochiam[f] translata cultu
regio officiosissime reconduntur[1]. Igitur Fridericus
Suevorum dux filius eius, patris[g] nobilis heres[2], the-
sauris paternis exercitui liberaliter[h] erogatis[3], milicie
Christiane decus et spes unica, exercitum merore con-
fectum consolatus recreavit eductoque de hoc fatali loco
(Iunio). et inviso milite Antiochiam[f] pervenit, ubi statim pesti-
lencia desecto capite in morte augusti per totum corpus
grassatur[4], divites et pauperes simul in unum exiciali[i]
tabo[k] involvens, maximaque pars exercitus morte infausta
consumpta Antiochie[f] et in eius finibus sepelitur. Ita-
que celesti censura inopinabiliter tali exercitu pene de-
fluxo, Fridricus dux reliquis assumptis Christianis in ob-
(Oct. 7). sidione Accaron desudantibus associatur ab eisque gloriose
suscipitur. Ubi modico manens[l] tempore febre corripitur
1191. (Ian. 20). immaturaque morte raptus cum maximo planctu[m] ibidem
sepelitur. Sicque nobilis illa et inclita virtus impera-
Ps. 57, 8. toria, spes tocius ecclesie, in patre et filio *ad nichilum
devenit, tanquam aqua decurrens*, ut bene[n] lamentacio
Hieremie[o] huic calamitati possit aptari, ubi in Trenis
filios Syon — nam et hii filii Syon, utpote peregrini
Thren. 4, 2. sepulchri Domini — deflet, ita dicens: *Filii Syon incliti
et amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea,
opus manuum figuli?* Hii[p] si vixissent cum tali exercitus
apparatu tanta prudencia tantaque fortitudine instructi
in unumque corpus cum Accaronica milicia coacti, que
gens, que regio, quis regum fortissimus[q], immo[r] que
multorum regum virtus in omni oriente Italie[s] potenciam,
Francie alacritatem bellandique scientiam[5], et quod hiis[t]

a) M°C°LIX° *mut.* M°C°LIC° 1. b) *ita* 1. 2; irremedicabiliter *Urstis.* c) intollerabili 2. d) carne *alia manu in fine versus ante* reliqua *suppl.* 1. e) Tharsum 2. f) Anthioch. 2. g) patris *om.* 1. h) liberabiliter 2. i) exiciabili 2. k) *ita* 2; tabe, -e *e corr.* 1. l) ma- *alia manu versu ineunte suppl.* 1. m) -que *add., sed del.* 1. n) pene 2. o) Ieremie 2. p) Hi 2. q) fortissimos 2. r) ymmo 2. s) yt. 2. t) his 2.

1) *Intestina Tarsi, reliqua caro Antiochiae, ossa Tyri in ecclesia S. Iohannis sepulta sunt; cf. S. Riezler l. c. p.* 73, *n.* 1; *P. Scheffer-Boichorst, 'Gesammelte Schriften' II, p.* 154 *sqq.* 2) *Cf. ex. gr. Ottonis Fris. Chron. VII,* 19 *in.:* Otto Heinrici filius patri nobilis heres in regno succedens. 3) *Ad vocem cf. infra c.* 38, *p.* 59, *l.* 4. 4) *Cf. supra c.* 20, *p.* 26, *l.* 3–5. 5) *Cf. ex. gr. Ottonis Fris. Chron. V,* 36,

omnibus supereminet[a] Germanie animositatem et fortitudinem[1] indomitumque regni[b] caput sustinere posset? Sed non est consilium neque virtus preter Dominum[2]. *Nisi* enim *Dominus edificaverit domum, in vanum labora-* Ps. 126, 1. *verunt*[c] *qui edificant eam*[d]. *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Ergo *tu exurgens*[e], Ps. 101, 14. Domine, *misereberis Syon,* quando et quomodo et per quos volueris, cum *venerit tempus miserendi eius*[3]. Quia, si humana virtute liberari debuisset, te permittente, Fridricus huius victorie titulum obtinuisset. Itaque quoniam, si voluisses, sacrificium[f] sanguinis sui in honorem sancti sepulchri et sancte crucis tue dedisset, utinam holocausto peregrine mortis sue delecteris animamque eius spiritibus beatorum in celesti Ierusalem sociare digneris. Amen.

36. Igitur Accaron a Christianis obsessa per regem 1191. Francorum regemque Anglorum Leopaldumque ducem ac per reliquos principes diversis machinarum instrumentis balistarumque tormentis fortiter terra marique impugnatur, Pisanis[4] cum Genuensibus Venecianisque a parte maris instantibus, quia navium assueti erant, *faci-* Ps. 106, 23. *entes operationem in aquis multis.* Interim rex Franco- (Iul. 31). rum[5] sinistro nuncio de invasione proprii regni accepto[6] cum multis aliis relicta obsidione discessit, amans plus terrenum quam celeste regnum, emensoque mari per Apuliam rediens repatriavit[7]. Sed rex Anglie egregiusque dux Leopaldus reliquique egregii bellatores aratro[g] laborantes dominico retro non respexerunt[8], donec agrum Accaron cadaveribus paganorum fructiferum reddiderunt.

Saladinus itaque ad liberandos Accaronitas animum in- 1189. (Aug. ex.). tendens tota industria exercitum congregavit Christianos-

a) p̄minet 2. b) reni, *sequente loco raso unius vel duarum litterarum* 1. c) laborant 2; la. 1. d) eum 1. e) exurges *alio atram. corr.* -gēs 1; exurges 2. f) -ficium *versu exeunte om.* 1. g) alatro *alio atram. corr.* aratro 1.

p. 260, *l.* 25; *Ludus de Antichristo v.* 57, *ed. W. Meyer, 'Gesammelte Abhandlungen zur mittellatein. Rhythmik' I, Berlin* 1905, *p.* 152; *Gerbert., De rationali et ratione uti, 'Oeuvres' ed. A. Olleris, p.* 298.

1) *Supra c.* 32, *p.* 47, *l.* 25 *sq.; p.* 17, *n.* 2. *Cf. ex. gr. Claudian. De III. cons. Honorii v.* 18: ferox Germania; v. 192: audax Germania. 2) *Prov.* 21, 30: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. 3) *Supra p.* 51, *n.* 4. 4) *Cf. Ricardi Lond. Itiner. peregr. I,* 58, *p.* 109: Pisani et alii quicumque classis regendae periti, quibus erat a parte maris civitatis obsidio delegata; *supra p.* 48, *n.* 6. 5) *Philippus Augustus demum post captum Accaron exeunte mense Iulio [*31.*]* 1191. *domum rediit. W.* 6) *Error.* 7) *D.* 10. *vel* 11. *Oct.* 1191. *Hydruntum appulit; cf. infra c.* 37, *p.* 56, *n.* 6. 8) *Luc.* 9, 62: Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei.

que obsidione pellendos comminatur. Christiani autem audito adventu Saladini duobus fossatis latissimis et profundissimis cinxerunt se, binas habentes portas ad excurrendum, si opus esset, ultra fossata constitutas, victualibus ad ferendam obsidionem undique comportatis[a]. Igitur Saladinus valido exercitu contracto contra Accaron aciem direxit Christianosque civitatem obsidentes forinsecus obsedit, castris in quodam colle non longe a civitate locatis oppidanisque[b], cum a Christianis impugnabantur, signum per fumum ei[c] ostendentibus[1]. Quibus ilico subveniens extrinsecus sagittis, balistis omnique telorum genere Christianos impugnabat. Christiani vero ordinatis agminibus ultra fossata sepius egressi ei publico bello[2] congredi cupiebant, ipso semper cedente bellumque detrectante[3]. Tandem civitatem[d] Saladino presente totis 1191. *(Iul. 12).* viribus invadentes ipsam vi[4] obtinue*runt omnesque pa- *p. 32 ganos viros ac mulieres cuiusque[e] etatis et conditionis *in ore gladii*[5] occiderunt[6], Saladino aspiciente et cum maximo dolore recedente, paucis de maioribus captivatis.

Capta igitur civitate rex Anglorum signa triumphalia sui exercitus turribus[f] affigi precepit, titulum victorie ex toto sibimet ipsi satis arroganter ascribens. Hacque de causa cum per civitatem transiret, vexillum ducis Leopaldi turri, quam ipse cum suis obtinuerat, affixum vidit suumque non esse recognoscens, cuiusnam sit, percontatur[g]. Quod[h] Leopaldi ducis Orientalium esse accepto responso eumque ex parte civitatem obtinuisse[i] comperiens maxima indignatione permotus vexillum turre deici lutoque conculcari precepit, insuper ducem verbis contumeliosis affectum sine causa iniuriavit[7]. Preter hec preda, communi universorum sudore acquisita, inter suos tantum distributa reliquos privavit[8] in seque odia

a) comportās 2. b) opidanisque 2. c) eis *corr.* ei 2. d) civitate 2. e) *ita* 1. 2; cuiuscumque *Urstis.* f) in turribus *Ussermann.* g) percuntatur 2. h) Qui *Urstis.* i) optin. 2.

1) *Ric. Lond. Itin. peregr. III,* 5, *p.* 215; *R. Röhricht, 'Gesch. d. Königr. Ierusalem', p.* 548, *n.* 4. 556, *n.* 1. 559, *n.* 4. 2) *Cf. Ottonis Fris. Chron. VI,* 14. 35. *G. Frid. I,* 6. 7. 3) *Minime.* 4) *Pacto.* 5) *Ex. gr.* 1. *Mach.* 5, 28: et occupavit civitatem et occidit omnem masculum in ore gladii; *Iudith* 2, 16; *supra p.* 50, *n.* 2. 6) *Demum paulo post d.* 20. *Aug. Richardus rex captivos omnes, paucis de nobilioribus exceptis, interfecit.* 7) *Cf. Th. Toeche, 'Kaiser Heinrich VI.' p.* 558—560; *A. Cartellieri, 'Philipp II. August', II, p.* 224, *n.* 6. 8) *Cf. Salimbene Chron. a.* 1191, *f.* 213 d *(ex Sicardo deperd.),*

omnium concitavit. Omnibus enim fortiori militum robore prestabat et ideo pro velle suo cuncta disponens reliquos principes[1] parvipendebat. Attamen Teutonica milicia cum Italica[a] his admodum exasperata regi in faciem restitisset[2], nisi auctoritate militum Templi repressa fuisset. Anglicam itaque perfidiam detestantes Anglieneque[b] subdi dedignantes[3] ascensis navibus simul cum duce Leopaldo repatriaverunt, rege cum suis adhuc remanente cottidieque paganos inpugnante. Itaque cives Hierosolimitani omnesque, qui paganos ex aliis[c] urbibus vicisque evaserunt, Accaron congregati, urbem ipsam summo studio munientes receptaculum Christiani exercitus sedemque belli[4] contra paganos constituerunt[d] eamque pro dignitatum varietate dividentes habitationibus Templariorum, Hospitaliorum[e], sepulchri dominici canonicorum cum sede patriarchali distinxerunt ac sepius cum exercitu egressi paganisque congressi, pluribus civitatibus castellisque, que perdiderant, receptis, paganis magnanimiter resistebant repatrianteque rege Anglorum[f] Hein- 1192. (Oct. 9).
ricum comitem Campanie data sibi vidua Widonis regis[5] (Maii 5).
regem sibi creaverunt sicque collecti cottidianoque crescentes numero[6] *preli*a Domini *preliabantur cum leticia*[7], 1. Mach. 3, 2.
multis de cismarinis partibus in auxilium eorum vicissim transfretantibus[8]. Sed de his[g] hec[h] dicta sufficiant, stilo ad imperium nostrum redeunte.

37. Anno dominice incarnationis M⁰C⁰X⁰C. Hein- 1191. (April. 15).
ricus imperator, ut prelibatum est[9], a Celestino papa cum coniuge coronatus, ipsam secum ducens, Apuliam

a) yt. 2. b) *id est* Angligeneque; Angliaeque *Urstis.* c) aliis *om.* 1. d) instituerunt 2. e) *ita* 2 *(cf. infra c.* 42, *p.* 68, *l.* 13*)*; hospitalariū *corr. alia manu* hospitalariorum 1; hospitalariorum *Urstis.* f) angl'o24 *corr.* anglo24 1. g) hiis 2. h) hec *om.* 1.

SS. XXXII, p. 16: solis Francigenis et Anglicis patebat ingressus, ceteris sive de Romano imperio sive aliunde, licet per biennium laborassent, obprobriose reiectis *etc.*; *Gesta Henrici II. et Ricardi regum, ed. W. Stubbs II (*1867*), p.* 181 *(Rerum Britann. medii aevi SS. 'Rolls series').*

1) *Imprimis Teutonicos, Ann. Egmund. a.* 1193, *SS. XVI, p.* 471; *cf. Chron. regia Colon. rec. II. a.* 1191, *p.* 154. *Radulf. de Coggeshale, Hist. Angl. a.* 1193, *SS. XXVII, p.* 350, *l.* 25. 2) *Gal.* 2, 11: In faciem ei restiti. 3) *Ad voces cf. infra c.* 38, *p.* 59, *l.* 11. 4) *Cf. supra p.* 18, *n.* 4. 5) *Immo Conradi marchionis Montisferrati, Isabella nomine, quae soror Sibyllae reginae a.* 1190. *defunctae erat.* 6) *Act.* 16, 5: abundabant numero cotidie. 7) 1. *Mach.* 3, 2: praeliabantur praelium Israel cum laetitia. 8) *Quod nescio num recte reiecerit H. Bettin, 'Heinrich II. von Champagne', Berlin* 1910, *p.* 99, *n.* 2. 9) *c.* 33, *p.* 48.

1191. Siciliamque mortuo Willehelmo[a. 1] possidere volens, in Campaniam cum exercitu divertit rebellantemque sibi totam terram invenit. Nam mortuo Wilhelmo rege quidam consanguineus[b] eius de genere Rogerii, Tancredus nomine[2], tyrannidem[c] in Sicilia, que nutrix tyrannorum[c] ab antiquo fuit[3], sub regio nomine arripiens[4] cum consensu omnium[5] ipsius terre baronum civitatumque imperatori violenter restitit ipsumque de hereditate coniugis, quoad vixit[d], constantissime propulsavit. Imperator (*Maio*). itaque Neapolim rebellem Campanie urbem obsidione vallavit, cuncta in circuitu terra igne ferroque vastata. Quo rex Francorum de transmarina expedicione rediens (*Dec.*). ad eum venit[6] ipsique confederatus honorificeque[e] dimissus in Franciam suam[f] rediit. Pestilencia itaque exercitum tangente nichil proficiens imperator de re- (*Aug.* 24). patriatione disposuit. In qua mora a quibusdam baroni- (*Aug.*). bus Apulie propinquis suis[7] imperatrix capitur[8] et cum maxima diligencia custodita in captivitate detinetur tempore aliquanto. Flebili ergo principio[9] ad optinendam[g] Apuliam imperator dehonestatus, sed meliori postmodum fortuna[9] usus, ad Cisalpina regreditur, facta prius apostolico de captivitate coniugis querimonia[10]. Apostolicus autem commotus presumptores huius rei, terra eorum sub interdicto posita, anathemate constrinxit[11] imperatricemque captivitate relaxari coegit[12], quam post-

a) Wilhelmo 2. b) consangneus 1. c) tirann. 2. d) q̊ aduix̄ 1. e) -que *om.* 1. f) suam *linea eodem atram. perducta del.* 1. g) obtinendam 2.

1) *Qui a.* 1189. *Nov.* 18. *obiit.* 2) *Comes de Lecce, spurius Rogerii filii Rogerii II. regis.* 3) *Otto Fris. Chron. II,* 19, *p.* 90, *l.* 11 *sq.:* Sicilia . . . tyrannorum usque in presentem diem fuisse nutrix traditur *(ex Orosio II,* 14, 1*); cf. Arnulfi Sag. In Gir. inv. c.* 8, *SS. XII, p.* 719: altrix tyrannorum Sicilia. 4) *Panormi coronatus; de die et anno (fortasse a.* 1190 *Ianuario) non constat. Cf. F. Chalandon, 'Histoire de la domination normande en Italie et en Sicile' II (*1907*), p.* 424 *sq.* 5) *Non omnium.* 6) *Immo Mediolanum, mense Decembri a.* 1191; *A. Cartellieri, 'Philipp II. August' II, p.* 255 *sq.* 7) *De cognatione non constat.* 8) *Salerni.* 9) *Ovid. Metam. VII,* 518: Flebile principium melior fortuna secuta est. 10) *Rog. de Hoveden, SS. XXVII, p.* 157, *l.* 38—40. 11) *Cf. Sigeb. Contin. Aquicinct. a.* 1192, *SS. VI, p.* 429, *l.* 13 *sqq.:* (Celestinus) mandans, ut imperatricem de custodia educens imperatori remitteret; si vero hoc facere nollet, anathemate perpetuo se feriendum cum parte provincie, que illi favebat, pro certo sciret, *cf. l.* 35; *Gesta Heinr. VI. v.* 17 *sqq., SS. XXII, p.* 336; *cf. Petri de Ebulo Liber ad hon. augusti v.* 1009 *sqq., ed. G. B. Siragusa, Roma* 1906 *('Fonti per la storia d'Italia'); Ann. Ceccan.* 1193, *SS. XIX, p.* 292. 12) *Quod circa m. Iunium a.* 1192. *factum esse videtur; cf. Ann. Cassin., SS. XIX, p.* 316; *I. Caro, 'Die*

modum ad Cisalpina revertentem imperator recepit, die 1191.
ultionis in corde eius[1] cum nimia indignatione[a] statuta.
Reversus igitur ad Cisalpina Heinricus imperator Chůn- *(Dec.).*
rado fratri suo ducatum Swevie[2] concessit. Hic Cŏn-
radus[b] ferocis agrestisque nature homo, sed liberalis admodum animi erat ideoque magna[c] appetens[d] illicitaque semper faciens vicinis et remotis terrori fuit[3].

38. Hac tempestate, videlicet[e] anno M^{0}C^{0}XCI^{0}, 1192.
rex Anglorum Richardus de expedicione transmarina rediens per Ungariam[4] in fines ducis Leopaldi paucis comitatus devenit memorque iniuriarum eidem duci apud Accaron a se exhibitarum[5] ipsum nimis metuens, dimisso
p. 324. regali obsequio, privato habitu[f] furtim celeriterque[g] transire cupiens, in quoddam diversorium[h. 6] iuxta Viennam civitatem necessitate prandii divertit, sociis preter paucos a se dimissis. Itaque servili[i] opere, ne agnosceretur, in coctione pulmentorum per se dans operam[7], altile ligno affixum propria manu vertens assabat[8], anulum egregium[k] ⟨in[l]⟩ digito oblitus[9]. Quidam igitur de familia ducis, qui cum duce apud Accaron ens[m] visum inibi regem notum habebat, de civitate fortuitu[n] egressus tabernam regali coco insignem intravit et ex consideratione anuli ipsum respiciens et recognoscens agnitum[o]

a) *ita* 1. 2; indignitate *Urstis.* b) Chůnr. 2. c) magnaque *corr.* magna 1. d) appettens 1. e) videlicet anno M^{0}C^{0}XCI^{0} *om. versu exeunte* 1. f) habito *corr. alia manu* habitu 1. g) -que *supra lin. suppl.* 1. h) diverso24 *corr.* diversoriū 1; diuerso24 2. i) -vili *versu exeunte post add.* 1. k) eg⁴iū 1. l) in *suppl. Ussermann; om.* 1. 2. m) *ita* 1. 2; Accaronitas visum *Urstis., Muratori;* Accaronenses visum *Ussermann, Böhmer, Wilmans.* n) fortuito *Urstis.* o) agnitum *om.* 2.

Beziehungen Heinrichs VI. zur Römischen Kurie', diss. Rostock 1902, *p.* 22, *a quo in singulis dissentit I. Leineweber, 'Studien z. Geschichte P. Coelestins III.', diss. Jena* 1905, *p.* 46—48; transacto anno uno vel amplius *eam imperatori restitutam esse habet Gisleb. Chron. Hanon.* § 176, *ed. L. Vanderkindere, p.* 261.

1) *Isai.* 63, 4: Dies enim ultionis in corde meo; *Esth.* 8, 12: Et constituta est per omnes provincias una ultionis dies; *Mich.* 5, 14: faciam in furore et in indignatione ultionem. 2) *Una cum hereditate Welfonis d.* 15. *Dec. a.* 1191. *mortui, Hugonis contin. Weingart.* 2, *SS. XXI, p.* 478. *Quod fortasse a.* 1192. *Maii* 24. *factum est, quo die Conradus gladio accinctus est; Magni Reichersp. Chron., SS. XVII, p.* 519; *Chounr. Schir. Ann., ib. p.* 631. 3) *Cf. Chron. Ursperg. a.* 1197, *SS. XXIII, p.* 364, *l.* 42 *sqq.* 4) *Immo prope Aquilegiam naufragium passus per Forum Iulii et Karinthiam;* per Ungariam *etiam Tholom., infra n.* 8. 5) *c.* 36, *p.* 54 *sq.* 6) *In villa Erdberg.* 7) *Cf. Magnus Reichersperg. a.* 1192, *SS. XVII, p.* 519; *Petr. de Ebulo v.* 1049; *Will. Brit., Phil. IV, v.* 343 *sq.* 8) *Cf. Ann. Stad.* 1193, *SS. XVI, p.* 352: ad ignem sedens et gallinam assans; *Tholom. Luc. Ann. a.* 1185: (dux) invenit regem assantem amseres *(!)* et veru volventem. 9) *Alia de anulo regis habet Radulfus de Coggeshale, Hist. Anglic., SS. XXVII, p.* 348.

1192. dissimulavit concitoque cursu in civitatem reversus du-
cem, qui tum forte aderat, de presencia regis certificans
admodum exhilaravit. Igitur sine mora ascensis equis
cum frequencia militum dux accurrens regem frixam
(Dec. 21). carnem manu tenentem captivavit irrisumque tali opere
inventum[a] in civitatem duxit eumque artissime custodie
Esth. 16, 18. mancipavit[1], digna recompensatione *reddens ei, quod
meruit*[2]. Attamen multi pro hoc facto duci detrahentes
ac pro sacrilegio in peregrinum[b] sepulcri dominici com-
missum computantes detestantesque improperabant[c], licet
hec inprobatio captivo regi parum profuisset. Im-
perator itaque captum regem Anglorum audiens missis
ad ducem nunciis regem sibi presentari iussit[3] presenta-
1193. tumque Wormaciam[4] asportari vinctum ferroque honus-
(Mart.). tum[5] precepit, datis sibi induciis deliberande redemp-
tionis. Ad quem multi sue terre maiores visitandi[d]
gratia venerunt[e], diversas rerum species domino suo ob-
tulerunt. Itaque pro captivatione peregrini regis
Leopaldus dux a summo pontifice excommunicatur, ne
simili ausu peregrini sancti sepulchri a quoquam impetiti
a subventione transmarine ecclesie deterrerentur. Tan-
dem datis in redemptionem suam imperatori multis mili-
bus centenariorum auri et argenti necnon et duci Leo-
paldo auro et argento pro libitu collato eisque pace et
1194. reconciliatione sacramento ab eo firmata captivitate ex-
(Febr. 4). uitur[6] sicque multatus in terram suam revertitur[f]. Cer-
tum autem precii pondus, quod contulit[7], explicare
distuli, ne cuiquam incredibile visum falsitatis arguerer[g].
Hoc autem sciendum, quod ecclesiastici thesauri per

a) inventum *om.* 1. b) peregrinū 2. c) improbabant *corr. a scriba* improperabant 1. d) visandi *radendo mut.* visendi 1. e) et *alia manu add.* 1. f) revertitur *om.* 1, *sed paulo ante post* multatus *alia manu add.* rediit. g) *ita* 1. 2; argueret *Muratori.*

1) *In castro Dürrenstein.* 2) *Esth.* 16, 18: non nobis, sed Deo reddente ei, quod meruit. 3) *Ad curiam Ratisbonensem a.* 1193. *Ian.* 6 *sqq.; sed Spirae demum die* 23. *Martii rex Angliae imperatori traditus est.* 4) *Immo in castrum Trifels. De curia Wormatiensi, ubi imperator a.* 1193. *Iun.* 29. *cum rege de pretio redemptionis convenit, auctor cogitare videtur.* 5) *Hoc dubium est; cf. K. A. Kneller, 'Des Richard Löwenherz deutsche Gefangenschaft', Freiburg i. B.* 1893 *('Stimmen aus Maria-Laach, Erg.-Heft'* 59*), p.* 55—57. 6) *A.* 1194. *Febr.* 4, *Moguntiae.* 7) *Centum milia marcarum argenti et alia quinquaginta milia, quorum viginti milia duci Austriae cesserunt, secundum pactum a.* 1193. *Iun.* 29. *firmatum; cf. etiam G. Caro in 'Histor. Zeitschrift' XCVII (*1906*), p.* 552—556.

omnes Anglie ecclesias collecti[a], huius census pars
maxima constabat calicibus, crucibus aliisque diversis
speciebus conflatis[1]. Imperator itaque tanto accepto[b]
precio donativa liberaliter militibus erogans[2] exercitum
egregie stipendiatum prefectis sibi ducibus Marquardo
dapifero de Annewiler[c. 3] et Bertoldo de Chunigisberch[d] 1192.
misit in Apuliam, quorum industria multa castella civi-
tatesque in dedicionem accepit. Ibique[4] Bertoldus iactu 1193.
baliste percussus interiit. Tancredo interim mortuo opti- 1194. *(Febr. 20).*
mates terre ipsius contra inperatorem unanimiter conspi-
raverunt subdique dedignantes[5] omnes advenas Teutoni-
cos de civitatibus suis expulsos eiecerunt[6].

39. Anno dominice incarnationis $M^{0}C^{0}XCIII$. multi 1195?
de cismarinis regionibus cruce peregrinationis accepta
ad auxilium transmarine ecclesie accenduntur[7]. Eodem 1194.
anno[8] Heinricus[e] imperator contracto exercitu secunda *(Maio).*
vice Alpes transcendit transitaque Italia[f] et Tuscia in
Campaniam arma convertit. In quo itinere Richar-
dum de Scerre[g. 9] comitem ditissimum a Theobaldo[10] de 1196.
Roggatart[h. 11] captum[12] sibique presentatum apud Ca- *(Dec. ex.).*

a) colecti 1. b) accepto *om.* 1; acceptam etiam grandem pecuniam a Richardo rege Angliae liberaliter erogans mil. *Nauclerus.* c) annewil' 1. 2. d) *ita* 2; Cunisberc, *post* Cu- *locus rasus* 1. e) Henr. 2. f) *secundum* -a *alia manu supra lineam* 1. g) Sterre *Nauclerus.* h) Reggatart 1.

1) *Cf. Wilh. Neuburg. Hist. Angl. V,* 7, *SS. XXVII, p.* 245, *l.* 35; *Rad. de Coggeshale, Hist. Angl., ib. p.* 350, *l.* 48; *Rog. de Wendover, Flores hist., SS. XXVIII, p.* 38, *l.* 8; *Rob. Swapham, Hist. coen. Burg., (J. Sparke), Historiae Anglicae scriptores varii, Lond.* 1723, *p.* 102. 2) *Ad rem cf. Chron. Ursperg. a.* 1193; *Gesta Innoc. III. c.* 18, *ed. Baluze (*1682*), p.* 5; *Wilh. Neuburg. Hist. Angl. V,* 7, *SS. XXVII, p.* 245; *ad voces cf. etiam Hugonis contin. Weingart.* 2, *SS. XXI, p.* 479, *l.* 19: largissime donativo erogato, *et supra c.* 35, *p.* 52, *l.* 8. 3) *Marquardus non nisi a.* 1194. *aestate cum classe Ianuensium et Pisanorum profectus est, cum Bertholdus iam a.* 1192. *missus autumno a.* 1193. *cecidisset. De Bertholdo cf. W. Wiegand, 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' LXV, 'N. F.' XXVI, p.* 19—25. 4) *Ante castrum Montis Rodonis (Monteroduni).* 5) *Ad voces cf. supra c.* 36, *p.* 55, *l.* 7. 6) *Aliter Gesta Heinr. VI. v.* 111 *sq., SS. XXII, p.* 336. 7) *Hoc (itemque infra p.* 60, *l.* 8—11*) ad a.* 1195—96. *pertinere videtur, de quo infra c.* 42. *plura habentur. Nota auctorem in iis quae sequuntur res ab imperatore in Apulia et Sicilia annis* 1196. *et* 1197. *gestas perperam ad expeditionem anni* 1194. *referentem.* 8) *Rectius anno* 1194. *mense Maio. W.* 9) *I. e. comitem Acerrarum. W. Frater Sibyllae reginae, viduae Tancredi, erat.* 10) *Diepoldus de Schweinspeunt, postea comes Acerrarum et dux Spoleti.* 11) *Vox secundum Urstisium corrupta ex* Rocca arci. *W. Nam castro Rocca d'Arce a.* 1191. *ab imperatore praefectus est.* 12) *Ann. Ceccan. a.* 1197, *SS. XIX, p.* 294; *Rycc. de S. Germ. a.* 1196. 1197, *ib. p.* 329. *De tempore suspendii cf. etiam Hugonis contin. Weingart.* 2. *a.* 1196, *SS. XXI, p.* 479; *Ansbert, Fontes rerum Austr. SS. V, p.* 90; *Ann. Stad. a.* 1196, *SS. XVI, p.* 353;

1196. (*Dec. ex.*). puam patibulo suspendit, capite deorsum verso, digna
indignacione pro capta imperatrice[1] in eum efferatus.
1194. Deinde omnes civitates Campanie Apulieque aut expugnatas destruxit aut in dedicionem[a] accepit. Inter quas precipue Salernum, Barletum, Barram multasque alias civitates fortissimas nimia inflammatus ira, pervasa inestimabili preda, subvertit[2], nec fuit civitas aut municio, que eius impetum sustinere valeret, milicia peregrinorum, que in procinctu transmarine expedicionis constituta cum eo transalpinaverat interimque confluebat, ei opem summo nisu conferente[3]. Itaque tota Apulia cum
(*Oct.*). Campania in provinciam redacta in Calabriam Siciliam-
1197. que copias transposuit profligataque regione Heinricum[b] marscaldum de Kallindin cum instructo ad bellum exercitu versus civitatem Catinensium direxit[4], ubi omnes ipsius terre optimates cum innumerabili exercitu ordinata acie offendit eisque incunctanter congressus et vic-
(*Maio vel Iunio*). toriam multitudine occisa adeptus[5] fugien*tesque insecutus civitatem[c] cum eis irrupit. Captoque episcopo[6], qui precipue rebellaverat, cum multis nobilibus civitatem igni succendit nec ecclesiis parcens ecclesiam sancte Agathe cum multitudine utriusque sexus et etatis, que in eam confugerat, miserabiliter incendio consumpsit sicque ad imperatorem nobiles in triumpho trahens cap-
1194. tivos rediit. Optimates igitur ultima[d] desperacione adacti dolo occidendum cesarem deliberaverunt[7]. Et ut hoc consequi valerent, se et omnia sua potestati eius

*p. 325

a) dedicione 1. b) Henr. 2. c) civitatē, *sequente una littera (quae s videtur) erasa* 1. d) *sequ.* -tes *erasum et delet.* 1.

'Sächs. Weltchronik' c. 339, *MG. Deutsche Chron. II, p.* 235; *perperam Gesta Heinr. VI. v.* 133, *SS. XXII, p.* 337.

1) *Culpa Richardi dubia est.* 2) *Rectius, ut videtur, Rog. de Hoveden, SS. XXVII, p.* 170, *l.* 34 *sq.:* reddite sunt ei omnes civitates Apulie, ex quibus ipse tres subvertit, scil. Salernum *(die* 17. *Sept. a.* 1194*)* et Spinchole et Policor. 3) *Hoc ad a.* 1196. *spectat, cf. supra p.* 59, *n.* 7. 4) *Cf. Ann. Marbac. q. d., ed. H. Bloch, p.* 69, *l.* 26 *sqq.; Ansbert. l. c. p.* 90. *De tempore cf. P. Scheffer-Boichorst, 'Zur Geschichte des XII. und XIII. Jahrh.', Berlin* 1897, *p.* 234. 248. 374; *H. Ottendorff, 'Die Regierung der beiden letzten Normannenkönige, Tancreds und Wilhelms III., von Sizilien', dissert. Bonn* 1899, *p.* 66 *sq.; I. Caro, 'Die Beziehungen Heinrichs VI. zur röm. Kurie', dissert. Rostock* 1902, *p.* 55 *sqq.* 5) Apud Paternonem *(Paternò, prov. Catania), Stumpf nr.* 5075, *K. Klohss, 'Untersuchungen über Heinrich von Kalden', dissert. Berlin* 1901, *p.* 48 *(d. d.* 1197. *Aug.* 3*).* 6) *Rogerio.* 7) *De coniuratione a.* 1194. *cf. Toeche, 'Kaiser Heinrich VI.' p.* 573 *sqq.*

contradiderunt. Quibus in fidem susceptis familiariter- 1194.
que habitis dolum et insidias eorum augustus declinans vix evasit. Itaque dolum senciens dolo dolum vincere statuit, quamvis tamen perfidiam perfidia vindicare dedecus sit. Denique se detectos minime putantes ab imperatore citati convenerunt ad eum[1]. Quos omnes captos (Dec. 29).
in vincula coniecit et exquisitis suppliciis affectos miserabiliter enecavit[2]. Nam Margaritam archipiratam, po- 1197.
tentissimum illius terre baronem[3], cum quodam comite Richardo litteris adprime erudito[4] oculis privavit et quendam lese maiestatis convictum pelle exutum decoriavit, quendam vero regno aspirantem coronari coronamque per timpora[a] clavis ferreis transfigi precepit[5], quosdam stipiti alligatos piraque circumdatos exurens crudeliter extinxit[6], quosdam vecte perforatos ventretenus humo agglutinavit, ac per hec omnibus in circuitu nationibus[7] non solum in cismarinis, verum etiam in transmarinis[8] partibus severitatem eius metuentibus maximum terrorem incussit.

40. Anno dominice incarnationis M°C°XCIIII. im- 1194.
perator contra Palernum[b] civitatem in ultimis finibus Sicilie sitam, que caput Sicilie archisoliumque necnon erarium thesaurorum regum eiusdem terre hactenus extitit, aciem direxit castrisque ante faciem eius[c] locatis eam expugnare disposuit hortumque[d] regalem amplissimum muro[e] undique circumdatum omniumque bestia-

a) *ita* 1. 2; tempora *Urstis.* b) *ita* 1. 2; Palermum *Urstis.* c) eius *om.* 1. *Nauclerus.* d) hortumque *mut.* ortumque 1. 2. e) *ita* 2. *Nauclerus;* muro *om.* 1, *qui pro* undique *initio scripsit* mūdiq;, *sed* m- *delevit.*

1) *Cf. Petrus de Ebulo, Lib. ad hon. aug. v.* 1341 *sqq.* 2) *Haec supplicia demum a.* 1197. *captivis illata esse Toeche l. c. p.* 575 *sqq. evicit.* 3) *Classis praefectum.* 4) *Imperatricis consanguineo, infra c.* 41, *p.* 66. *Quis fuerit, non constat. Perperam Chalandon l. c. II, p.* 487, *n.* 17. *de Richardo comite Acerrarum cogitavit.* 5) *Ann. Marbac. q. d. a.* 1197, *ed. H. Bloch, p.* 69, *l.* 31 *sq.; Arnold. Lub. V,* 26, *SS. XXI, p.* 203; *Nicetas Choniata ed. I. Bekker (Corp. script. hist. Byzant.), p.* 635. *Guilielmum Monachum, castellanum Castri Iohannis, eum fuisse nescio num ex Rycc. de S. Germano a.* 1197, *SS. XIX, p.* 329, *effici possit. Ann. Stad. a.* 1196, *SS. XVI, p.* 353, *ubi Iordanus de Sicilia appellatur.* 6) *Cf. Innocentii III. Registrum de neg. imp. nr.* 33, *ed. Baluze I, p.* 704; *Rycc. de S. Germ. a.* 1194, *SS. XIX, p.* 328, *l.* 34; *Ann. Marbac. q. d. a.* 1197, *ed. H. Bloch, p.* 70, *l.* 1; *Nicetas l. c.* 7) *Ex. gr. Deut.* 17, 14. *Iosue* 21, 42: omnes per circuitum nationes; *Ierem.* 25, 9: omnes nationes, quae in circuitu illius sunt. 8) *Cf. Gesta Heinr. VI. v.* 140: Timet omnis civitas, reges ultra mare.

1194. rum genere delectabiliter refertum[1] irrumpi iussit, feris in usum exercitus multifarie[a] consumptis. Itaque cives animositatem cesaris nimium metuentes sine omni pugna[b] dediticii dextras petunt condicionesque pacis se suaque omnia offerentes suppliciter querunt. Quibus consenciens civitate tradita eos recepit in gratiam, signis imperialibus turribus undique insignitis; statutaque die processionis[c], quo a civibus imperator imperiali fastu susciperetur, exercitum omni affluencia deliciarum resolutum gazisque spoliorum egregie ditatum securum reddidit palestraque militari exercicii[d] gratia omnique spec-
(Nov. 20). taculorum magnificencia interim exhilaravit. Tandem[2] summa industria civium[e] cum maximis sumptibus triumphali pompa preparata tota coronatur civitas, tapetibus sertisque diversi generis et precii competa[f] illustrantibus, thure[g], myrra[h] aliisque speciebus odoriferis intus et extra civitatem redolentibus plateis; amotoque a civitate procul imperatore cum exercitu, cives per turmas suas secundum modum dignitatum, condicionum etatisque differenciam egressi, nobiles[i] in sua cohorte[k], seniores etateque provecti[3] in suo ordine, et hiis[l] iunioribusque[m] robustiores, exin iuventus cum inberbi adolescencia imbellique[n] puericia, omni faleramento equestri vestiumque varietate adornati, ordine stacionario in obviam procedebant[o], singulis quibusque[p] pro suo modo vel arte cum omnibus musice[q] discipline[r] instrumentis plausum exhibentibus. Imperator autem non[s] minori industria composito exercitu militari disciplina omnique presumptione Teutonica prorsus interdicta[4], contemptoribus mu-

a) multifare 1. b) *ita* 2. *Nauclerus* (*qui* omni *om.*); pugna *om.* 1; mora *Urstis.* c) ꝑcessois *alio atram. corr.* ꝑcessōis 1. d) exercii *alio atram. corr.* exercicii 1. e) civium *om.* 2. f) competa *mut. alio fortasse atram.* compita 1. g) -re *alia manu pagina exeunte suppl.* 1. h) mirra 2. i) nobiles *alia manu corr. ex* -lis 1. k) coorthe 1. l) his 2. m) minoribusque 1; et hiis — robustiores *om. Nauclerus.* n) imbellique *alia manu mut.* imbecillique 1. o) ord. stac. in ordine procedebant in obviam 2. p) quibusdam 1. q) muscie *alio atram. aliaque ut videtur manu corr.* musice 1. r) displine *alio atram. aliaque ut videtur manu corr.* discipline 1. s) non *supra lin. suppl.* 1.

1) *Apud palatium 'La Favara' ad Papireto flumen situm.* 2) Dominica qua cantatur 'Dicit Dominus ego cogito', *Ann. Marbac. q. d., ed. H. Bloch, p.* 65; *Gaufr. Malat. Appendix a.* 1195, *Muratori SS. rerum Ital. V, p.* 603: ultimo mensis Novembris; *Rad. de Diceto, Ymag. hist. a.* 1194, *SS. XXVII, p.* 284: 10. Kal. Decembris. 3) 2. *Mach.* 6, 18: vir aetate provectus. 4) *Cf. Petrus de Ebulo, Lib. ad hon. aug. v.* 1251 *sqq.:* Protinus edictum sonat imperiale per omnes: | Ne quis presumat, unde querela venit, | Et pedes et miles caute pomeria servent, | Cesaris adventus nulla virecta gravet. *Cf. etiam supra p.* 17, *n.* 2, *ad. c.* 14.

1194. tilationem manuum interminatus[a], omni[b] armorum splendore rutilantem miliciam exhibuit, binis et binis[c] longo tractu civitatem versus pedetemptim incedentibus. Ipse autem cum principibus imperiali gloria et ornatu subsecutus civitatem ingreditur[1], cunctis laudes affatim acclamantibus *(Nov. 20)* vulgoque, quod plateas circumstabat, viso augusto iuxta morem illius terre prono vultu[2] in terra coram eo corruente, sicque in regiam receptus quieti dedit operam. Itaque multis muneribus a civibus est honoratus in equis[d] prestantissimis, sellis aureis frenisque faleratis ac diversis ex auro, argento sericoque speciebus, que omnia exercitui liberaliter largiens primo principibus regalia dona contulit, dein militibus pro meritis exstans[e] munificus[3] eos omnimodis[f] ad obsequium suum illexit. Inestimabili igitur peccunia in thesauris regiis auri argentique reperta erarium publicum apud[g] Trivels[h] confertissimum reddidit aliaque imperialia triclinia ex his admodum ditavit. Nam divicias Apulie, Calabrie et Sycilie[i], que feracissime[k] metallorum sunt, patrie invehens lapidum preciosorum ac diversarum gem- *p. 326.* marum gloriam *cum infinitis thesauris congessit, uxoremque Tancredi[4] cum filia[5] necnon filium ipsius[6] cum sua[7] sponsa, filia scilicet Constantinopolitani[l] imperatoris[8], captivos nobilissimos trahens[9] mirifice triumphavit. Igitur tali modo confecto bello Samnitico Apuliensique cum Calabrico redactaque in provinciam tota Sicilia cum Sardinia[10] Heinricus[m] imperator bellicosissimus[n] exercitum peregrinorum multis muneribus 1197.

a) -mi- *alio atram. aliaque ut videtur manu versu exeunte suppl.* 1. b) omi *e corr.* 1. c) *ita* 2. *Nauclerus;* et binis *om.* 1. d) inquiens *corr.* in equis 1. e) extans 2. f) omnibus *(-bus in loco raso)* modis 1. g) *ita* 2. *Nauclerus;* apud *om.* 1. h) Triuallis *alia manu in marg. add.* 1. i) Sicilie 2. k) fertilissime, -tilis- *in loco raso* 1. l) constantinopol' 1. 2 *(-i- in loco raso 1).* m) Henricus 2. n) bellicossim9 1.

1) *Cf. p.* 62, *n.* 2. 2) *Cf. ex. gr.* 2. *Reg.* 24, 21: adoravit regem prono vultu in terram; 18, 28: adorans regem coram eo pronus in terram. 3) *Cf. Arnold. Lub. V,* 20 *fin.:* (thesauros) infatigabiliter, non tamen prodige omnibus erogabat, non tantum melioribus vel nobilioribus, sed militaribus sive vulgaribus. 4) *Sibyllam.* 5) *Alberia, Constantia, Medania filiabus. Cf. Ann. Marbac. q. d. a.* 1195, *p.* 65. 6) *Wilhelmum III. parvulum.* 7) *Immo Rogerii Tancredi filii maioris natu, qui paulo ante patrem obierat. Similis error in litteris ficticiis Mariae reginae in Boncompagni lib. I, tit.* 25, *E. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben', p.* 564, *occurrit.* 8) *Irene postea Maria dicta, filia Isaakii II. Angeli.* 9) *Die* 29. *Dec.* 1194. *demum regina cum filio et filiabus captivati sunt.* 10) *Quod refutavit A. Dove, De Sardinia insula, dissert. Berolin.* 1866, *p.* 114 *sq.; E. Besta, 'La Sardegna medioevale' [II], Palermo* 1909, *p.* 108 *sq.*

1197. illustratum a se dimisit et cum ipsis e suo latere publici erarii stipendiarios[a] quingentos[b] milites in adiutorium transmarine ecclesie direxit[1]. Qui a Seponto[c] et Brundisio[d] mare Tyrrenum[e] transvecti Accaron applicuerunt et a Christianis cum gaudio suscepti sunt[2]. Quorum auxilio multa castella Christiani recipientes paganos pacem petere[f] coegerunt, multis utrimque congressionibus prius habitis, Christianis semper victoribus[3]. Itaque pace confirmata[g] pagani summa industria civitates et castella, que optinuerant[h], munierunt et precipue Ierusalem duplici[i] muro antemurali opposito ac fossatis profundissimis cingentes inexpugnabilem reddiderunt, dato Christianis securissimo conductu visendi sepulchrum dominicum questus gratia[4], quod domnus apostolicus, ne pagani oblationibus Christianorum abuterentur, omnimodis interdixit transgressoresque anatematis vinculo innodavit.

His temporibus Petrus cantor Parisiensis[5] et Alănus[6] et Prepositinus[k. 7] magistri claruerunt. Horum prior librum Distinctionum[8] librumque Psalmorum Euan-

a) stipendiarii 2. b) mille *ante* quingentos *excidisse putavit Toeche, 'Kaiser Heinrich VI.' p.* 586, *cui obstitit Thomä, 'Die Chronik des Otto von St. Blasien' p.* 61; *cf. infra n.* 1. c) Seponte 1. d) Brundosio 2. e) Tirrenum 2. f) pett'e 1. g) *ita* 1. 2; constituta *Urstis.* h) optinuerat *alio atram. corr.* -rāt 1; obtin. 2. i) dupplici 2. k) Praepositivus *perperam Ussermann.*

1) *Haec quin cum iis, quae in Barensi curia d.* 2. *April. a.* 1195. *imperator se facturum esse promisit, quodam modo cohaereant, non dubito; cf. litteras Heinrici in Chron. regia Colon. a.* 1195, *p.* 157 *(MG. Const. I, p.* 514*):* mille quingentos milites et totidem sargantos in expensis nostris a Marcio usque ad annum transmittere decrevimus. *E. Traub, 'Der Kreuzzugsplan Kaiser Heinrichs VI.', dissert. Jena* 1910, *p.* 14. 2) *Haec fortasse ad eos spectant, qui iam mense Martio a.* 1197. *profecti sunt (Ioh. Codagnelli Ann. Placent. a.* 1196, *ed. Holder-Egger, SS. rer. Germ., p.* 23; *cf. Contin. Cremifan., SS. IX, p.* 549, *l.* 21 *sqq.:* Due etiam naves de Brundusio remigantes *etc.; Robert. Autissiodor. a.* 1196, *SS. XXVI, p.* 257*), magnis principibus cum robore exercitus non nisi mense Septembri de portu Messinae progressis d.* 22. *Sept. ad Accon applicantibus, cf. infra c.* 42. 3) *Cf. infra c.* 42. 4) *Supra c.* 30, *p.* 43, *n.* 7. 5) *Ecclesiae S. Mariae ('Notre-Dame') cantor, qui a.* 1197. *in decanum Remensem electus mortuus est; cf. M. Grabmann, 'Die Geschichte der scholast. Methode' II, p.* 478 *sqq.* 6) *De Insulis, qui Cistercii c. a.* 1203. *obiit; cf. Grabmann l. c., p.* 452 *sqq.* 7) *Cremonensis, cancellarius ecclesiae S. Mariae Parisiensis a.* 1206—1209, *qui a.* 1231. *superstes erat; B. Hauréau in 'Mélanges Julien Havet', Paris* 1895, *p.* 297—303; *Grabmann II, p.* 552 *sqq.* 8) *Vel 'Summa Abel' dictum, cuius frusta vulgavit I. B. Pitra in Spicilegii Solesmensis tomis II. et III.*

geliumque unum ex IIIIor per continuas glosas subtiliter compilavit et preter hec alia multa. Alter vero multa conscribens exposuit. Inter que librum qui intitulatur Anticlaudianus[1] et Regulas celestis iuris[2] et Contra hereticos[3] et librum De viciis et virtutibus[4] et De arte predicandi[5] librumque sermonum[a] suorum[6] et multa alia sana et catholica[7] conscripsit. Tercius nichilominus Summam sententiarum[8] cum multis aliis conscripsit. Hisdem[b] temporibus Humbertus Mediolanensis librum, qui sic intitulatur: 'Fracmenta[c] celestis mense', et ita incipit: *Colligite fracmenta*[d], *ne pereant*, *Ioh.* 6, 12. quantitate et subtilitate insignem conscripsit[9].

41. Anno dominice incarnationis M°C°XCV. Heinricus 1195. *(Martio).* imperator apud Tarentum constitutus[10] navibusque omnium necessariarum rerum affluencia onustis[e] per mare Christianorum exercitui transmissis[11] repatriare disposuit nobilesque captivos triumpho reservans in Germaniam premisit, locis oportunis[f] exiliatos conservari precipiens. Nam filium Tancredi regis adhuc puerum[g, 12] Reciam[h] Curiensem perductum oculis privari[13] et in castro Amiso[i, 14] perpetue[k] captivitati addictum custodiri precepit. Qui ubi ad virilem etatem pervenit, de transitoriis desperans, bonis operibus, ut fertur, eterna

a) sermonum *om.* 1; sententiarum *pro* serm. suorum *Ussermann, Böhmer, Wilmans.* b) Hidem 2. c) Fragmenta 2; Frumenta *Urstis.* d) fragmenta 2; frumenta *Urstis.* e) honustis *corr.* onustis 2. f) opportunis 2. g) -ū *in loco raso* 1. h) -a- *e corr.* 1; in Rhetiam *Nauclerus, Urstis.* i) Empz *in marg. alia manu add.* 1. k) ppetue 1.

1) *Ed. Th. Wright, 'The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the* 12*th century' II, p.* 268 *sqq., London* 1872 *(Rerum Britann. medii aevi SS. 'Rolls series').* 2) *Plerumque liber 'Maximae theologiae' vel 'Regulae de sacra theologia' dictus.* 3) *'De fide catholica contra haereticos libri IV. ad Guilelmum Montispessulani domnum.'* 4) *Ineditum.* 5) *Vel 'Summa de arte praedicatoria'.* 6) *Maximam partem ineditum.* 7) *Cf. supra c.* 4, *p.* 5, *l.* 15. 8) *Quam editurus est F. Brommer.* 9) *Humbertus (Hubertus de Pirovano) archiepiscopus Mediolanensis (a.* 1206. — † *a.* 1211*) et cardinalis,* qui rexit Parisius 10 annis et scripsit librum De concordia veteris et novi testamenti, *Albricus a.* 1200, *SS. XXIII, p.* 878. 10) *Stumpf nr.* 4909 *(a.* 1195. *Mart.* 15*), cf. nr.* 4908. 11) *Qua de re aliunde non constat.* 12) *Wilhelmum III.* 13) *Rog. de Hoveden a.* 1194, *SS. XXVII, p.* 171 *(similiter Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 499, *l.* 18 *sq.); Ann. Ceccan. a.* 1192, *v.* 75, *SS. XIX, p.* 290: Lumine turbato puero post multa necato; *cf. Hugonis cont. Weingart.* 2. *a.* 1196, *SS. XXI, p.* 479. 14) *Nomen loci alibi non traditur; cf. Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 499, *l.* 15: clam et paucis scientibus.

quesivit, celestibus inhiando, quia terrenis non potuit.
Nam de activa translatus coacte contemplative studuit,
utinam meritorie[1]. Sponsam vero ipsius[2], filiam Con-
stantinopolitani[a] imperatoris, imperator Philippo fratri
1195. suo desponsavit reginamque Apulie, uxorem Tancredi,
Sibiliam nomine, filiamque[3] eius apud monasterium vir-
ginum Hohinburc dictum in Alsacia[4] custodie mancipavit[5].
Margaritam[b] vero archipiratam et Ricardum[c] comitem,
imperatricis consanguineum, luminibus, ut dictum est[6],
privatos eternis[7] vinculis apud Trivels[8] deputavit; sicque
(Iunio). victoriosissimus terra marique potens augustus in Ger-
1191. maniam rediens repatriavit. Welf dux obiit. Leo-
(Dec. 15). paldus etiam dux Orientalis, nato apostemate in crure[9]
1194. ipsoque crure propter intolerabilem[d] dolorem preciso,
(Dec. 31). ingravescente dolore, vitam cum dolore terminavit. Eo-
1199. dem tempore Ricardus[e] antedictus rex Anglorum in ob-
(April. 6). sidione cuiusdam castri[10] sagitta occiditur, succedente[f]
ei in regno fratre eius Iohanne.

1196. 42. Hisdem diebus tercia expedicio transmarina mota multos nostrarum parcium principes ad Ierosolimitanum iter cum multis aliis accendit. Inter quos primatum[g] habebant venerabilis Maguncieusis[h] archiepiscopus Cůnradus[i] necnon et Cůnradus[k] cancellarius, episcopus Herbipolensis[11], illustres. Huic expedicioni inter-

a) *ita cum Nauclero scripsi;* Constantini 1. 2; Constantinopolis *Urstis.* b) Magaritam 2. c) Richardum 2. d) intollerabilem 2. e) Richardus 2. f) succēdente 2. g) primatum *bis* 2. h) Maguncieusi *(!) alio atram. mut.* Maguntinensis 1. i) Chůnr. 2. k) necnon et Cůnradus *in marg. suppl.* 1; Chůnr. 2.

1) *Post non multos annos (inter a.* 1198. *ineuntem et a.* 1199. *Sept., cf. Innoc. III. epist. I, nr.* 26. *II, nr.* 182*) in captivitate obiit, si recta tradunt Gesta Innoc. III. c.* 25, *ed. Baluze, p.* 8. 2) *Immo fratris eius Rogerii, supra p.* 63, *n.* 7. *Cf. Nicetam Chon., ed. I. Bekker, p.* 635. 3) *Tres filias, supra p.* 63, *n.* 5. 4) *Cf. p.* 65, *n.* 14. 5) *Unde imperatore mortuo evadentes in Franciam confugerunt; Robert. Autissiodor., SS. XXVI, p.* 260, *l.* 33; *Gesta Innoc. III. c.* 22; *cf. Innoc. III. epist. I, nr.* 26; *Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 366. 6) *C.* 39, *p.* 61. 7) *A.* 1198. *a Philippo rege soluti sunt; Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 366, *l.* 5 *sqq.; Gesta Innocentii III. c.* 22; *cf. Innoc. III. epist. I, nr.* 24. 26. 8) *Cf. Ansbert., Fontes rerum Austr. SS. V, p.* 86. *(*1194*), ubi Richardus non nominatur.* 9) *De equo procidens pede in medio tali fracto; cf. epist. Adelberti archiep. Salzburg. in Magni Reichersperg. Chron., SS. XVII, p.* 522. 10) *Châlus territorii Lemovicensis (dép. Haute-Vienne); die* 26. *Martii vulneratus die* 6. *Aprilis obiit.* 11) *Hildesheimensis,* in eodem procinctu ad eleccionem Herbipolensis episcopatus insigniter declaratus, *Cron. Reinhardsbr. a.* 1198, *SS. XXX, p.* 558 *sq.*

fuerunt Fridericus[a] dux Orientalis, filius Leopaldi, pro patris anime remedio suam positurus eadem via in mortem[1], sed temporalem, ut sperandum est, animam, succedente sibi in ducatu Leopaldo fratre suo, necnon *p. 327. *Heinricus[b] palatinus Reni[c], filius Heinrici ducis Saxonie, sororius regis Anglie, frater Ottonis imperatoris[d], cum duce Brabandie[e] de Lovin[2] multisque aliis preclaris baronibus, cum expedita milicia crucem suam tollentes Christumque sequi[3] cupientes, ad auxilium transmarine 1197. (Sept.) ecclesie transfretaverunt[4] ibique adhuc de priori expedicione multos invenerunt. Quibus coniuncti paganis cottidie igne[f] ferroque instantes plurimam[g] pervase[h] terre partem receperunt[5] castrumque Torolts[i. 6] natura et arte 1197—98. munitissimum obsederunt. Quod et cepissent, si non *auri sacra fames*[7] in mente quorundam Christo preponderans[k] id impedisset[l]. Nam, sicut fertur, quidam de militibus Templi a paganis corrupti peccunia animum Cůnradi[m] cancellarii, qui in hac ipsa obsidione precipue clarebat, cum quibusdam aliis inflexerunt[8] eisque auri maximo pondere collato obsidionem solvere persuaserunt, sicque vendito Christo tradito paganis per castellum[n], sicut olim Iudeis, recesserunt nec tamen de precio taliter acquisito aliquod emolumentum, sicut nec Iudas de triginta argenteis[9], consecuti sunt. Siquidem[o] precio corrupti corruptum a paganis aurum metallo sophistico, auro in superficie colorato, receperunt sicque obprobrium sempiternum[10] cum nota infamie merito consecuti sunt. Id sane castellum, si captum Christianorum[p] potestati cessisset, vim paganorum in ea regione admodum contrivisset. Nec[q] sine[r] vindicta — sed utinam quantum ad 1198. flagellum filiale[11]! — divina districtio hoc inpune di-

a) Fridricus 2. b) Henr. 2. c) Rheni 2. d) imp. *supra lin. suppl.* 1. e) *ita* 2; Brabancie, -c- *in loco raso* 1. f) igneque, *sed* -que *erasum* 1. g) plurimum 2. h) pervase *linea alio atram. perducta del.* 1. i) Thorolts 2. k) p̄pod'ans 1. l) impendisset *(!) mut. alio atram.* impediuisset 1. m) Chůnr. 2. n) per castellum *mut.* castello 1. o) Siquidem — consecuti sunt *(l. 27) om.* 2. p) christianeque 2. q) Sed *Urstis.* r) sine — Nam *(p. 68, l. 1) om.* 1. *Urstis.*

1) *Obiit a.* 1198. *April.* 16. 2) *Heinrico I.* 3) *Matth.* 16, 24. *Marc.* 8, 34. *Luc.* 9, 23: tollat crucem suam et sequatur me. 4) *Cf. supra c.* 40, *p.* 64. 5) *Et maxime Beirut civitatem, die* 23. *Oct. a.* 1197. 6) *Toron [Tibnîn prope Tyrum]. W. A.* 1197. *Nov.* 28. *obsidio coepta, a.* 1198. *Febr.* 2. *soluta est.* 7) *Vergil. Aen. III,* 57. 8) *Cf. Arnold. Lub. V,* 29, *SS. XXI, p.* 210. 9) *Matth.* 26 *sq.* 10) *Ex. gr. Ierem.* 23, 40: dabo vos in opprobrium sempiternum. 11) *Hebr.* 12, 6: Flagellat autem omnem filium, quem recipit.

1198. misit. Nam statim eodem Cůnrado[a] cancellario repatriante, emenso mari ad Wirziburc sedem suam rediit ibique postmodum contra regnum conspirans et montem sancte Marie in ipsa urbe pro castello muniens publice rebellavit, rebusque ecclesie multifarie dilapidatis a quibusdam ipsius ecclesie ministerialibus[1], quos in guerra[b] cum ipsis habita admodum iniuriaverat, in ipsa civitate
1202. (Dec. 6). occiditur et apud eandem ecclesiam sepelitur. Dicitur tamen de eo, quod in corpore ipsius quedam castigationis indicia inventa sint, quibus districta[c] conversationis ipsius[d] penitentia sit ostensa[2]. Sed ut ad digressa
1197. redeamus, exercitus peregrinorum apud Accaron constitutus conversatione Templariorum, Hospitaliorum[e] reliquorumque[f] terre ipsius baronum scandalizatus taleque commercium et quandam quodammodo secretam familiaritatem eorum cum paganis detestans se ab eorum auctoritate ducatuque alienavit[3] auctoritateque[g] propria regi cepit, et multis tam publicis quam privatis[h] congressionibus[i] cum paganis habitis victoriam sepius consecutus actibus preclaris admodum enituit. Videntes itaque compatriote miliciam peregrinorum alacriter incedere eisque pro voto cuncta succedere, sicut ab his, qui eidem expedicioni[k] interfuerunt, audivimus, plus eorum industriam quam paganorum maliciam metuentes insidias parant peregrinosque omnes dolo occidendos conspiratione cum paganis habita deliberant, Heinrico[l] rege eorum, ut fertur, in id ipsum consenciente. Verebantur enim, ne, si peregrini paganis prevalerent, eos patria pulsos arcerent eamque vi optinentes[m] possiderent. Hacque de causa mortem vel captivitatem[n] eorum machinati sunt. Nam
Phil. 2, 21. *que sua sunt, non que Iesu Christi*[o] *quer*entes regionem maritimam, que fertilissima est, propter rerum ubertatem tantum obtinere delectantur, Hierusalem sepulchrumque

a) Chůnr. 2. b) gwerra 2. c) districte 2. d) ipsi 1. e) *ita* 1. 2 *(cf. supra c.* 36, *p.* 55, *l.* 15*)*; Hospitalariorum *Urstis.* f) -que *om.* 1. g) -que *om.* 1. h) puatis 1. i) -bus *alio fortasse atram. supra lin. suppl.* 1. k) expedioni 1. l) Henr. 2. m) obtinentes 2. n) captivatem 2. o) Christo 2.

1) *Heinrico et Bodone de Ravensburg, Heinrici de Kalden marscalci sororiis, Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p.* 170; *Innoc. III. epist. VI, nr.* 51. 113. 2) *Eadem refert Arnold. Lub. VII,* 2. *W.* 3) *Haec ad ea, quae aestate a.* 1197. *ante adventum principum facta sunt, spectare videntur; cf. Reineri Ann. a.* 1197, *SS. XVI, p.* 653, *l.* 26 *sqq.*; *Rog. de Hoveden, SS. XXVII, p.* 174, *l.* 29 *sqq.*; *R. Röhricht, 'Geschichte des Königreichs Ierusalem', p.* 669 *sq.*

Domini parvipendentes; ideoque tanto tempore tantis exercitibus parum proficientibus Hierusalem conculcatur
a gentibus[1]. Igitur Heinricus rex cum suis fautoribus 1197.
in fenestra altissime turris apud Accaron residens, ut fertur, et, qualiter auxilio paganorum peregrinos morti exponeret, capiens consilium, divinum iudicium, in quod *horrendum est incidere*[2], expertus est[3] ac de fenestra, cui
insidebat pessima tractans, nutu Dei forinsecus corruens *(Sept. 10).*
quassatoque membratim corpore spiritum exalavit[a, 4]; sicque pravorum dissipato consilio[5], res ut proposuerant caruit effectu.

43. His diebus[b] Heinricus imperator, Fridrico[c] 1196.
filio suo infante adhuc rege post se designato[6], contracto exercitu tercia vice Italiam[d] intravit[7] ac Pyreneum[e] transiens cunctaque in Tuscia et in Campania pro libitu disponens in Apuliam et Calabriam divertit ibique potenter residens ad optinendam[f] Greciam imperiumque Constantinopolitanum intendit animum. Nam bello intestino fraternaque discordia pro regno exhaustam Greciam considerans eamque Romano imperio subicere desiderans, quo[g] id modo fieret, sagaci mente tractabat.
Inter hec imperator Grecorum[8] missis ad eum legatis 1195.
*p. 328. auxilium ipsius contra *fratrem suum[9] quesivit[10]. Qui habita deliberatione[h] omnes ad id voluntarios auroque Grecorum sollicitatos milites et seriandos[i] illuc direxit[11], salutem ipsorum in hoc negocio fortune committens. Itaque multi spe lucri eandem miliciam aggressi in Greciam transvecti sunt illucque auxilio intenti, ubi se sperabant liberalius appreciari. Interea Grecorum imperator
a fratre captus luminibus privatur, arta custodia ser- *(April. 10).*
vatus[k], ipseque imperium cum urbe Constantinopolitana[l]

a) exhalavit, -h- *semierasum, sequens* -a- *corr. ex* -i- 1. b) His die diebus, die *expunctum, sed puncta erasa* 1. c) Friderico 2. d) yt. 2. e) Pireneum 2. f) obtinendam 2. g) q *alio atram corr.* q̊ 1. h) -ib'atōe *in loco raso* 1; deleitōe 2. i) s'iandos 1; sariandos *Ussermann;* et ser. *om. Urstis.* k) -⁹ *corr. ex* -~ 1; et arcta cust. servatur *Urstis.* l) Constantinopol' 1; Constantinopolis 2.

1) *Cf. Luc.* 21, 24: Ierusalem calcabitur a gentibus. 2) *Hebr.* 10, 31: Horrendum est incidere in manus Dei viventis. 3) *Cf. Arnold. Lub. V,* 26 *fin.* 4) *Quod ante adventum principalis partis peregrinorum factum est.* 5) *Iob* 5, 13: consilium pravorum dissipat. 6) *Cf. infra c.* 45, *p.* 71, *n.* 11. 7) *Mense Iulio a.* 1196. 8) *Isaak II. Angelus.* 9) *Alexium III. Rerum seriem auctor turbavit.* 10) *Hoc et ea quae sequuntur alibi non traduntur.* 11) *Hoc vix recte in dubium vocasse videtur W. Norden, 'Das Papsttum und Byzanz', Berlin* 1903, *p.* 126 *sqq., n.* 3. *Cf. E. Traub, 'Der Kreuzzugsplan Kaiser Heinrichs VI.', dissert. Jena* 1910, *p.* 47 *sq.*

1195. nactus miliciam Teutonicorum ad se vocatam in gratiam cesaris liberaliter habuit[1] ipsorumque adiutorio prosperatus regnum Grecorum obtinuit, filio excecati[2] eum[a] pro posse inpugnante. Huius ceci regis filiam[b] filio Tancredi, ut supra retulimus[3], desponsatam imperator Heinricus[c] apud Balernum[d] repertam Phylippo[e] fratri suo desponsaverat, hacque de causa idem cecus imperator desperatis rebus ipsum Phylippum[e] cum filia heredem regni a fratre ablati adoptaverat[4] et, ut hoc consequeretur, opem augusti assidue sperabat. His Constantino-
1195? poli ita gestis, Heinricus[c] imperator in Sicilia[f] manens imperii negocia in eisdem regionibus pro velle suo disposuit, iudices regionibus, iura civitatibus, leges potestatum dignitatibus constituens[5]. Insuper insulas maris vectigales faciens[6] imperium admodum dilatavit, exercitu eius cum instructis navibus et munitis galinis maritima percurrente.

1196. 44. Anno dominice incarnationis M⁰C⁰XCVI. Hein-
(Aug. 15). ricus imperator, mortuo fratre Cůnrado[g], Phylippo[e] fratri suo, qui in Sycilia[h, 7] interim cum eo manebat, data sibi sponsa sua, filia Constantinopolitani imperatoris, ducatum Almannie[i] concessit ipsumque cum eadem sponsa sua in Germaniam destinavit. Qui Alamanniam[k] perveniens[8]
1197. Maii 25. apud Augustam urbem in pentecoste[l] armis cinctus nuptias magnifice celebravit in loco, qui Gunzinlech, a quibusdam Concio legum, dicitur[9], ac postea assumptis
(Sept.). militibus Alpes transcendens in Siciliam ad imperatorem

a) ipsum 2. b) filiā, ‾ *alio atram.* 1; filia 2. c) Henr. 2. d) *ita* 1. 2; Palermum *Urstis.* e) Phil. 2. f) siciliā, ‾ *erasum* 1. g) Chûnr. 2. h) Sycilia *corr.* Sycilia 1; Sicilia 2. i) Almannie *mut. alio atram.* Alamannie 1; Alemannie 2. k) Alem. 2; in Alem. *Urstis.* l) pentec̄ 1; penthecost' 2.

1) *Cf. p.* 69, *n.* 10. 2) *Alexio IV., qui usque ad a.* 1201. *a patruo in custodia tenebatur.* 3) *C.* 40, *p.* 63; 41, *p.* 66. 4) *Hoc alibi non traditur. Cf. E. Traub l. c. p.* 50. 5) *Fortasse de curia Barensi a.* 1195. *April.* 2. *auctor cogitavit.* 6) *Cf. Esth.* 10, 1: Rex vero Assuerus omnem terram et cunctas maris insulas fecit tributarias. 7) *Immo in Lombardia; cf. Reg. imp. V, nr.* 10 *c (*1196. *Aug.* 23, *Papiae).* 8) *Ante exeuntem a.* 1196, *si rectum tradunt Ann. Marbac. q. d., p.* 69, *l.* 2; *cf. Hugonis contin. Weingart.* 1, *SS. XXI, p.* 478 *(cf. contin.* 2, *ib. p.* 479: Phylippus . . ab imperatore . . a Tuscia in successorem fratris dirigitur*); Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 364; *infra p.* 74, *n.* 5. 9) *De hoc loco, saeculo XV. undis Lici submerso, vide [Chr. Fr.] Stälin ['Wirtembergische Geschichte'] I, p.* 455. *W. Cf. A. Steichele, 'Das Bisthum Augsburg' II (*1864*), p.* 491—499; *A. Schröder in 'Archiv f. d. Gesch. d. Hochstifts Augsburg' I (*1911*), p.* 471, *n.* 2. 475 *sq.; Reg. imp. V, nr.* 10 *d.*

rediit[1], citatus ab eo, negociis suis per omnem ducatum Diethelmo[a] Constanciensi episcopo commendatis. 1197.

45. Anno dominice incarnationis M°C°XCVII. Heinricus[b] imperator hostibus imperii circumquaque subactis terra marique potens in ultimis Sycilie[c] finibus constitutus inmatura morte preventus est. Cuius mors genti Teutonicorum omnibusque Germanie populis lamentabilis sit in eternum, quia aliarum terrarum diviciis eos claros reddidit terroremque eorum omnibus in circuitu nationibus[2] per virtutem bellicam incussit eosque prestanciores aliis gentibus nimirum ostendit, futurus[d], nisi morte preventus foret, cuius virtute et industria decus imperii in antique dignitatis statum refloruisset[3]. Itaque apud[e] Mesanam civitatem Sicylie[f] defunctus ibidem[4] cum maximo tocius exercitus lamento cultu regio sepelitur, filium[5] etatis annorum IIII[or][6] relinquens. Post cuius mortem Phylippus[g] dux Swevie maximo periculo insidias illorum provincialium declinans vix repatriavit. Nam, ut prelibatum est[7], ab imperatore prius citatus erat hac de causa, ut filium ipsius ex Apulia[h] perduceret in Germaniam, ubi a principibus in regem electus[8] a Coloniensi episcopo[9] inungeretur, ut moris est[10]. Imperator enim in Ytaliam migrans eundem filium suum cum consensu principum cunctorum preter Coloniensis episcopi regem post[i] se designaverat[11], qui tamen postea resipiscens ceterisque principibus vix inductus acquiescens puerum in regem collaudavit[12]. Hoc itaque negocio Phy- *(Sept. 28).* *(Aug.).*

a) Diethalmo 2. b) Henr. 2. c) Sicilie 2. d) futurus *alio atram. mut.* -ros 1. e) aput 2. f) Sicilie civitatem 2. g) Philippus 2. h) -a *e corr.* 1. i) p⁹ *e corr.* 1.

1) *Infra c.* 45, *p.* 71 *sq.* 2) *Cf. supra c.* 39, *p.* 61, *n.* 7. 3) *Similiter Otto Fris. Chron. VII,* 20, *p.* 339. *de Lothario imperatore:* futurus, nisi morte preventus foret, cuius virtute et industria corona imperii ad pristinam dignitatem reduceretur. 4) *Panormi [m. Maio a.* 1198; *cf. E. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' p.* 119*]; cf. Toeche l. c. p.* 471. *W. Imperatorem* to Messin *sepultum, sed postea* to Monreal bi Palerne *translatum habet 'Sächs. Weltchr.' c.* 339, *MG. Deutsche Chron. II, p.* 236; *cf. Winkelmann l. c. p.* 25, *n.* 2; *Rog. de Hoveden, SS. XXVII, p.* 176. 5) *Fridericum II., a.* 1194. *Dec.* 26. *natum.* 6) *Trium, v. notam praecedentem.* 7) *C.* 44 *fin.* 8) *A.* 1196. *exeunte, Francofurti.* 9) *Adolfo I.* 10) *Cf. Otto Fris. Chron. VII,* 22, *p.* 343, *l.* 27 *sq.; infra c.* 46 *fin.* 11) *Cf. supra c.* 43 *in. Nota auctorem inter Heinrici VI. conatum imperii hereditario iure in filium transferendi a.* 1195—96. *et electionem eiusdem exeunte a.* 1196, *imperatore iam in Italia inferiore constituto, factam non distinguere.* 12) *Demum mense, ut videtur, Augusto a.* 1197; *R. Knipping, 'Die Regesten der Erzbischöfe von Köln' II, nr.* 1498. 1504. 1521; *Reg. imp. V,* 1, *nr.* 12*a.*

1197. (Sept.). lippus[a] dux in Italiam[b] profectus, cum venisset Romam[1], mortuum imperatorem percepit[2] statimque regrediens in Tuscia et in Ytalia insidiis[c] diversorum periclitatus[3] vix evasit; sicque negocium hoc inefficax remansit, puero in Sicilia[4] cum matre remanente. Hisdem temporibus compatriote earundem regionum, scilicet Apulie, Calabrie, Sicilie, memores iniuriarum, quas ab imperatore[d] Heinrico[e] sustinuerant, in gentem Teutonicam maxima sunt invidia efferati[5], acceptam iniuriam pro posse in eos vindicantes; eademque[f] de causa multos peregrinos gentis
1198 *sqq.* Teutonice de transmarina expedicione remeantes per terram illam, mortuum imperatorem nescientes[6], multis modis iniuriabant[7], nullusque sine iniuria *illesus trans- *p. 329.
ire poterat absque armis et sine comitatu multitudinis, multisque diebus hec duravit invidia.

1198. (*Ian. 8*). 46. Anno dominice incarnationis M⁰CXCVIII. Celestino papa decedente Innocencius tercius substitui-
1197. tur. Igitur mortuo Heinrico[e] inperatore, Phylippus[a] dux Swevie, frater ipsius, regressus in Alamanniam[g] de partibus Tuscie[8] satagebat omnimodis, ut principes electionem, quam circa filium imperatoris fecerant[9], ratam[h] haberent. Orientales itaque principes, videlicet dux Ba-
1198. warie[10] et Bernhardus[i] dux Saxonie cum ceteris baronibus et episcopi Magdeburgensis[11] et Salzburgensis[k.12] cum ceteris episcopis orientalibus, diem colloquii in partibus Turingie apud villam que vocatur Arnisperc[13]

a) Phil. 2. b) yt. 2. c) ī syd⁹ *corr.* ī sidiis 1. d) -e *e corr.* 1. e) Henr. 2. f) eāque *radendo mut.* eaque 1. g) Alem. 2. h) ratam *alia manu in marg. suppl.* 1. i) Bernardus 2. k) et Salzburgensis *om.* 2.

1) *Minus accurate; ita etiam Ann. Marbac. q. d., p.* 71, *l.* 7. 2) *Ad Montem Flasconis in Tuscia, Contin. Honorii Weingart., SS. XXI, p.* 479; *Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 365, *l.* 12; *cf. Gesta Innoc. III. c.* 19; *MG. LL. Constit. II, nr.* 10, *p.* 11, *l.* 8 *sq.; cf. infra c.* 46, *l.* 20. 3) *Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 365, *l.* 12 *sqq.; cf. Hugonis contin. Weing.* 1. *a.* 1197, *SS. XXI, p.* 478; *Contin. Honorii Weingart., ib. p.* 479; *MG. LL. Constit. II, p.* 11, *l.* 9 *sq.* 4) *Quo eum mater ex Marchia venire fecit; Reg. imp. V,* 1, *nr.* 513 *a.* 522 *a.* 5) *Cf. Rycc. de S. Germ., SS. XIX, p.* 329. 6) *Error.* 7) *Cf. Gesta episc. Halberstad., SS. XXIII, p.* 112, *l.* 38 *sqq.; Cron. Reinhardsbrunn. a.* 1198, *SS. XXX, p.* 559, *l.* 34 *sqq.; Ann. Stad. a.* 1199, *SS. XVI, p.* 353. 8) *Supra n.* 2. 9) *Supra p.* 71, *n.* 8. 10) *Ludewicus I.* 11) *Ludolfus.* 12) *Adelbertus III. Qui alibi non nominatur.* 13) *Potius Arnestede. W. Ita Gesta episc. Halberst., SS. XXIII, p.* 113, *l.* 13 *sq.;* in loco qui dicitur Uchterichusen *(Ichtershausen inter Arnstadt et Erfurt situm) Cron. S. Petri Erford. moderna a.* 1198; *cf. Reg. imp.*

prefixerunt. Quo veniente Philippo duce cum ceteris, 1198. quos supra diximus, habito consilio ipsum in defensorem[a] (Mart. 6). imperii[1] eligere decreverunt, quoadusque nepos suus, imperatoris filius, dudum tam ab ipso quam a ceteris principibus[b] electus, in Alamanniam deveniret. Soluto ergo colloquio ad oppidum Mulnhusin[c. 2] venientes Phy- (Mart. 8). lippum[d] ducem in regem eligunt promissaque sibi subiectione digressi sunt. Archiepiscopus vero Coloniensis[3] et Treverensis[4] et quidam[e] alii[f] episcopi et Heinricus palatinus Reni[g. 5] cum aliis baronibus illarum regionum aggregati electionem filii imperatoris cassantes vocaverunt ducem Bertoldum[h] de Zaringin, ipsum in regem eligere volentes. Qui cum ad diem condictam[i] (Martio). Coloniam[k] venisset, dissuasus a consiliariis, ne electioni eorum consentiret, propter contradictionem principum orientalium et electionem filii imperatoris iam factam, promisit se de hiis[l] deliberaturum. Regressus[m] igitur ab eis datis obsidibus[6] die constituto[7] reversurum se promittens[8]. Quo non reverso retentis obsidibus peccuniam, quam sub conditione promiserat, obsides dare coegerunt mittentesque comitem Emichonem de[n] Liningen[o] vocaverunt Ottonem[9], Heinrici[p] quondam ducis Bawarie* filium. Quem venientem regem creaverunt[10], (Iun. 9). faventibus quibusdam illarum parcium civitatibus. Sic ergo divisis contra se regni principibus regnum Cisal-

*) 1 *in marg. manu quae videtur Liutoldi add.:* et Saxonie.

a) deffensorem 2. b) quam ab ipsis regni principibus 2. c) Mulnhusen 2. d) Phil. 2. e) quibusdam 2. f) alii *om.* 1. g) Rheni 2. h) Bertholdum 2. i) predictam 2. k) colonia 1. l) his 2. m) est *suppl. Wilmans.* n) de *om.* 2. o) Linningin 2. p) Henr. 2.

V, 1, nr. 15 *a. Cum Ottone facit Honorii contin. Weingart., SS. XXI, p.* 480. *De die v. MG. LL. Constit. II, nr.* 10, *p.* 12, *l.* 24.

1) *Id est* in regem Romanorum; *MG. LL. Constit. II, nr.* 10, *p.* 12, *l.* 23. *Cf. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VI, ed.* 2, *p.* 201; *P. Scheffer-Boichorst, 'Gesammelte Schriften' II, p.* 333 *sq.* 2) *Cf. Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 366, *l.* 43; *'Braunschw. Reimchr.' v.* 4835, *MG. Deutsche Chron. II, p.* 520; *Ann. Einsidl. mai. a.* 1199, *ed. G. Morel, in 'Geschichtsfreund. Mittheil. des hist. Vereins der fünf Orte' I,* 1843, *p.* 144. 3) *Adolfus I.* 4) *Iohannes I.* 5) *Perperam; nam tunc temporis nondum e Terra sancta reversus erat.* 6) *Conrado et Bertoldo, filiis Eginonis comitis de Urach et Agnetis sororis Bertoldi, Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 367. 7) *Apud Andernach.* 8) *Cf. Ann. Marbac. q. d. a.* 1198, *p.* 72. 9) *Comitem Pictaviensem, regis Angliae vasallum.* 10) *Apud Coloniam.*

pinum contigit plurimum desolari[1]. Principes etenim, qui electionibus regum non interfuerant, postmodum se vicissim ad alterum eorum conferebant, Lupoldus videlicet dux Orientalis et dux[a] Boemie[2] necnon etiam lantgravius de Duringin[b, 3] et Bertoldus[c] de Zaringin ad Phylippum[d], dux Brabandie[e, 4] et[f] quidam alii ad Ottonem. Itaque uterque regum pro principatu suo satis agens bellum hoc civile pene per XII annos pertinaciter[g] protelarunt[h]. Nam Philippus regalia tradente[i] Hainrico[k] imperatore fratre suo tenens[5] omnesque thesauros ipsius possessionesque prediorum aliorumque fratrum suorum, ditissimorum videlicet principum, ipsorum heres[6], solus optinens[l] principes Ottoni faventes, quosdam minis, quosdam promissis et donis in sui partem transduxit et innumeras expediciones sepissime contra Ottonem promovit, civitates castellaque per diversa loca expugnans[m], rebellantes undique ad dedicionem coegit. Otto vero auxilio fretus Heinrici[n] palatini fratris sui et Coloniensium impetus Phylippi[d] constanter sustinuit archisolium-
1198. (Iul. 10). que, quod Aquisgrani est, adeptus et a Coloniensi episcopo cooperante Treverensi[7], qui ad hoc specialiter privi-
(Iul. 12). legiati sunt[8], in regem unctus gloriabatur se, etsi non regalia, iura tamen et loca regalia retinere*.

*) *Ad caput* 46, *in margine inferiore folii* 121[r], *manus saeculi XIII. posterioris, quae num Liutoldi fuerit, pro certo discerni non potest, hos adscripsit versus in* 1:

Maguntinensis, Treverensis, Coloniensis, Archiepiscopi
Reni Saxonie
Inde palatinus dapifer, dux portitor ensis,
de Brandenburg
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus,
Romanum statuunt regem concorditer isti[9].

Quos Chronica universalis Turicensis in textum recepit addito verbo Nota.

a) *ita* 1. 2 *(supra vocem* dux *locus rasus* 1*)*; rex *Urstis.* b) *supra* Duringin *locus rasus,* D- *e corr.* 1. c) Bertholdus 2. d) Phil. 2. e) *ita* 2; Brabancie, -c- *e corr.* 1. f) ad Ottonem et quidam alii 1. g) pertinaciter *om.* 2. h) prothelarunt 1. 2 *(sed* -h- *expunctum* 1*)*. i) sibi *alia manu supra lin. add.* 1. k) Heinrico 2. l) obt. 2. m) expugnantes 2. n) Henr. 2.

1) *Matth.* 12, 25: Omne regnum divisum contra se desolabitur. 2) *Ottakarus I., cui eodem anno Philippus regiam dignitatem contulit, quam Fridericus II. a.* 1212. *Sept.* 26. *confirmavit, MG. LL. Constit. II, nr.* 43, *p.* 54. 3) *Hermannus I.* 4) *Heinricus I.* 5) *Cf. Contin. Admunt. a.* 1198, *SS. IX, p.* 588, *quod ad a.* 1196. *exeuntem rettuli in libro 'Die heilige Lanze', Breslau* 1908, *p.* 38 *sqq., 'Gierkes Unter-*

47. His temporibus[1], ut veraci relatione comperimus, sacerdos quidam sancte conversationis nomine Volco[a] in Francia in Parisiensi diocesi cuiusdam ecclesie[2] parrochianus verbo predicationis per omnes Francie partes instans gratia miraculorum mirifice claruit ac precipue in Parisiensi civitate vicia Deo odibilia[3] et maxime avariciam eiusque accidens, usuram, Sodomiticumque scelus reprehendit et nunc minis, nunc blandiciis, nunc increpa*tionibus[b] omnes verbum audientes ad penitentiam invitavit *c.* 1195—1202.

*p. 330.

a) Wolco 2. b) increpatois *alio atram. corr.* -ib; 1.

suchungen zur Deutschen Staats- und Rechtsgeschichte' 96 *(cf. supra p.* 70, *n.* 8*); Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 365, *l.* 25 *sq.; Arnold. Lub. VI,* 2 *in. De a.* 1197. *ineunte cogitavit H. Bloch, 'Die staufischen Kaiserwahlen und die Entstehung des Kurfürstentums', Leipzig et Berlin* 1911, *p.* 60. 6) *Supra p.* 11, *n.* 1. *Otto filiam Margaretham reliquerat, quacum a.* 1208. *comitatum Burgundiae Otto I. dux Meraniae accepit.* 7) *Ita etiam Ottonis Fris. Contin. S. Steph. Fris., ed. A. Hofmeister (SS. r. Germ.), p.* 461, *l.* 20. 8) *De Treverensi cf. Ann. Marbac. a.* 1198, *ed. Bloch (SS. r. Germ.), p.* 72, *l.* 1 –3; *U. Stutz, 'Der Erzbischof v. Mainz und die deutsche Königswahl', Weimar* 1910, *p.* 105, *n.* 2; *de Coloniensi ex. gr. Rahew. G. Frid. III,* 17; *Stutz l. c. p.* 27 *sqq.* 9) *Iidem versus, addito inter primum et secundum:* Quilibet imperii fit cancellarius horum, *exstant in cod. Paris. bibl. nat. nr.* 4895 *A, saec. XIV (supra in praefatione* 1 *a) ad Gilberti qui dicitur Chronicon pontificum et imperatorum Romanorum adscripti, SS. XXII, p.* 367; *secundus et tertius tantum in Chron. Colmar., SS. XVII, p.* 267. *Paulo mutatos habes apud Martinum Oppav., SS. XXII, p.* 466, *et Tholom. Luc., Hist. eccl. XVIII,* 3, *Muratori SS. rerum Ital. XI, col.* 1048; *Tract. de coron. imp. ed. A. Werminghoff, 'Zeitschr. d. Savigny-Stiftung f. Rechtsgeschichte, Germ. Abt.' XXIV, p.* 383; *alios in Cron. Minore, Monumenta Erphesfurt., ed. Holder-Egger, p.* 610. *De quibus postremus egit M. Buchner, 'Die Entstehung des Trierischen Erzkanzleramtes', 'Hist. Jahrbuch' XXXII, p.* 54 *sqq., cf. XXXIII, p.* 267 *sqq.* 287 *sqq.; H. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I, ed.* 2, *p.* 515, *n.* 5. *ad p.* 514.

1) *Rigordi Gesta Philippi Augusti §* 106. 120, *a.* 1195. 1197. 1198., *ed. H. F. Delaborde, Paris* 1882, *p.* 132. 139 *sq.; Albricus a.* 1199, *SS. XXIII, p.* 876; *cf. infra p.* 78, *n.* 4; *p.* 79, *n.* 3; *Iac. de Vitriaco, Hist. occident. c.* 6. 8, *ed. F. Moschus, Duaci* 1597; *Cont. Aquic. a.* 1198, *SS. VI, p.* 434; *Ann. Stad., Aquic. a.* 1198, *Reineri Leod. Ann. a.* 1198. 1200, *SS. XVI, p.* 353. 505. 654 *sq.; Rog. de Hoveden a.* 1198, *ed. W. Stubbs, Lond.* 1871, *IV, p.* 76 *sq., cf.* 123; *Matth. Paris., Chron. mai. ed. H. Luard, Lond.* 1874, *II, p.* 440; *Hist. Angl., ed. F. Madden, Lond.* 1866, *II, p.* 62; *Rad. de Coggeshale a.* 1198. 1201, *ed. J. Stevenson, Lond.* 1875, *p.* 80—83. 130 *(Bouquet XVIII, p.* 80 *sq.* 93*); Rob. Autissiod. a.* 1198, *SS. XXVI, p.* 258; *Geoffroi de Villehardouin, 'La conquête de Constantinople' §* 1 *sqq.,* 44 *sq.* 73, *ed. N. de Wailly, Paris* 1872 *(Bouquet, 'Recueil des hist. de la France' XVIII, p.* 432 *sq.* 438. 441*); Chron. Laudun. a.* 1199, *ed. W. Stechele, Leipzig* 1909, *p.* 59 *(Bouquet XVIII, p.* 711 *sq.); Chron. Cluniac. a.* 1198, *Bouquet XVIII, p.* 742, *cf. p.* 800 *sq.* 2) *De Novilleio (Neuilly) prope Parisiensem civitatem.* 3) *Rom.* 1, 30: Deo odibiles.

atque, sicut percepimus ab his, qui interfuerunt, laborantibus variis languoribus per impositionem manus contulit sanitatem, reddens cecis visum [1], surdis auditum, claudis gressum, mutis loquelam. Hecque sic evidenter et confidenter egit, ut in digito Dei [2] hec eum operari non dubitaretur. Ergo tam preclara tamque multa miracula per eum Deus ostendit, ut antiquis sanctis omnimodis possit in hoc dono Dei equiperari. Non ergo temere opus predicationis assumpsit, sed auctoritate domni pape [3] episcoporumque precepto ad hoc accessit, asserens, quod beata virgo Maria sibi apparens ad hoc eum officium informaverit et, ut penitentiam populo predicaret, admonens datam sibi a Deo gratiam sanitatum [4] intimavit. Igitur pauca de pluribus, sicut Bertoldus [a] de Osinberc [b] Hainrico [c] custodi Argentinensis ecclesie de Veringin, postea eiusdem ecclesie episcopo [5], transcripsit [d], qui his interfuit, in medium producentes declarabimus ad ostendendum, cum quali confidencia ea operatus est. Allatis denique ad eum mutis, sicut idem Pertoldus [a] oculis suis vidit, ora eis aperiens insufflavit eisque, ut loquerentur, imperavit. Qui si aliquamdiu morarentur, eos in maxillam cedendo, quasi per vim Spiritus sancti, verbum ab eis violenter extorsit statimque loquentes reddidit. Contigit quoque eum quadam die causa quadam ad regem Francie pergere, cui occurrentes milites quendam adolescentem cognatum suum debilem et contractum obtulerunt et, ut ei manum imponeret, suppliciter pecierunt [e]. Quos ille de pompali admodum superfluitate acriter reprehendens contracto, ut equo quo sedebat descenderet, imperavit. Itaque puer omnino debilis,

a) Bertholdus 2. b) Osinberch 2. c) Heinrico 2. d) transscripsit 2. e) petierunt 2.

1) *Ad verbum convenit Rigordus* § 120, *a.* 1197, *p.* 139; *cf. Reineri Leod. Ann. a.* 1198, *SS. XVI, p.* 654; *Cont. Aquic. l. c.; Rog. de Hoveden l. c. Cf. Luc.* 7, 21; *Marc.* 7, 37; *Matth.* 15, 31. 2) *Luc.* 11, 20: si in digito Dei eicio daemonia. 3) *Albr.; Cont. Aquic.; Villehardouin* § 2 *(Bouquet XVIII, p.* 432*); Chron. Laudun.* 4) 1. *Cor.* 12, 9: (datur) alii gratia sanitatum in uno spiritu. 5) *Sedit episcopus a.* 1202—1223; *occurrit custos (maioris ecclesiae) a.* 1181, *P. Wentzcke, 'Die Regesten der Bischöfe von Strassburg' I (*1908*), nr.* 608, *et, cum medius Eberhardus de Iungingen intercedat, rursus, ut videtur, a.* 1190—1201, *ib. nr.* 661. 667. 686. 707. 713. 714. 724. 726; *cf. 'UB. der Stadt Strassburg' I, p.* 103, *n.* 1; *a.* 1202. *praepositus 'Reg. d. B. v. Strassb.' nr.* 727. 730 *(praepos. maior et s. Thomae).*

cum se movere non posset[a], iterato sacerdos ei inquid: 'In nomine domini nostri Iesu Christi precipio tibi, ut descendas'. Cum nec ad hanc vocem eger ille posset descendere, domnus Volco — nam et ipse equo sedebat — equum ad eum urgens, quasi eum percussurus baculum, quem manu gestabat, elevavit egroque per hoc stuporem incuciens eumque pre timore de equo corruentem elevans sanum continuo reddidit eumque[b] per aliquod[c] campi spacium coram se gaudentem currere fecit. Inter cetera virtutum eius insignia feneratorem quendam ditissimum videns in spiritu ad vitam esse predestinatum, occasione prandendi cum eo ad salutem eius sumpta, domum eius ingressus est. Ad quem vir Dei: 'Quid', inquid, 'pransuri sumus hodie'? Cui dives: 'Non est necesse, domine[d], vos hec inquirere, quia, quicquid hec civitas optimum habere poterit in cibis, vobis hodie non deerit'. Quem[e] vir Dei cum clericis, qui secum venerant, assumens coquinam eius intravit et coco, ut singula fercula se presente exponeret, iussit. Quod dum faceret, mirum dictu, pro variis et preciosis que inposuerat rebus[f] aut ranas de singulis vasis[g] aut serpentes exposuit. Quo viso omnes qui aderant in stuporem conversi sunt, et precipue dives ille se peccatorem agnoscens pedibus eius provolvitur, se peccatorem, se criminosum proclamans, et, ut sibi viam vite[1] per indictam penitentiam ostendat, summopere precatur. Ad quem sacerdos inquid[h]: 'Inmundus es tu, et omnia, que habes. Et nisi omnia, que ex usuris vel quolibet modo iniuste acquisisti, reddideris ac deinde omnibus iuste acquisitis in pauperes erogatis per elemosinam peccata tua redemeris, indulgenciam non mereberis'. Cui dives obediens ac septimanas nichil aliud agens hec devotus implevit. Dehinc ad virum Dei reversus nil sibi remansisse indicavit. Quidam autem ex amicis eius astans se adhuc in vase[i] XX maltra tritici de rebus eius reservasse indicavit, que dives alia expendens oblitus erat. Sacerdos igitur assumpto divite, turba clericorum amicorumque eius multorumque aliorum comitante, ad vas accessit ipsumque aperiens bufonibus

a) poterat 1. b) -que *alio atram. supra lin. suppl.* 1. c) aliquot 2. d) dñe 1. 2. e) *ita* 1 (Ꝗ[e]). 2; Quare vir Dei clericis qui secum ven. assumptis *Urstis.* f) rebus *om.* 1. g) vasis *om.* 1. h) inquid *om.* 1. i) -se *supra lin.* 1.

1) *Cf. Act.* 2, 28; *Matth.* 7, 14.

serpentibusque plenum reperit. Sacerdos autem ad divitem conversus[a]: 'Si[1] vis', ait, 'perfectus esse et certus de divina misericordia et venia, vas istud ingredere[b] nudus, et ego tibi vitam eternam promitto'. Cui ille magna fide[c] obediens coram omnibus in remissionem peccatorum suorum nudus intravit, clausoque vase ac signato super eum[2] sacerdos omnes usque in crastinum abesse precepit. Itaque sequenti die cum eis, qui hec viderant, et cum multis aliis ad locum venit et aperto vase nichil preter humana ossa super nivem candida[3] invenit. Que in medium proferens sancta et veneranda esse protestatus est et cum gaudio et admiratione omnium in loco[d] honesto reposuit. Meretricum autem sectam, que infami commercio vitam suam probrose prostituerant[e], omnimodis in ea regione deposuit easque verbo predicationis conversas, conplures truncatis crinibus habitu religionis induit sub[f] professione perpetue castitatis[4]; alias autem, que[g] continere non presumebant[5] casum ex fragilitate timentes, data eis in dotem non modica peccunia legitimo[h] conubio reformavit. Ad quod efficiendum Parisienses scolares ducentas L libras erogaverunt argenti[i], burgenses quoque mille et amplius. *Huius sacerdotis conversatio[k] non multum *p. 331
simulata religione fuit. Vestes enim pro consuetudine ipsius terre habens, barbam frequenter radebat, caput decenti pilleo[l] cooperiens. Vadens ad predicandum equo utebatur et, in quamcunque domum receptus est, modo iusti predicatoris comedit et bibit, que sibi apponebantur. Magistrum etiam Petrum[6], virum adprime eruditum, ad
1198. officium predicationis assumpsit[7] eique gratiam curatio-

a) versus 1. b) nudus ingredere 2. c) -e *e corr.* 1. d) loco *supra lin. suppl.* 1. e) constituerant 2. f) sub *om.* 1. g) que *om.* 2. h) legittimo 2. i) -i *in loco raso* 1; argenti erogaverunt 2. k) non multum conversatio 1. l) pileo 2.

1) *Cf. Matth.* 19, 21: Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse *etc.* 2) *Apoc.* 20, 3: Et misit eum in abyssum et clausit et signavit super illum. 3) *Psal.* 50, 9: Lavabis me, et super nivem dealbabor; *Dan.* 7, 9: Vestimentum eius candidum quasi nix. 4) *In domo monialium S. Antonii Parisius ad id ipsum fundata, Rigord.* § 120, *a.* 1198, *p.* 140; *Iac. de Vitr., Hist. occ. c.* 8; *Albr. l. c. p.* 877. *Cf. Reineri Leod. Ann. a.* 1198, *SS. XVI, p.* 654. 5) 1. *Cor.* 7, 9: Quod si non se continent, nubant. 6) de Rusia (Rossiaco, *Roissy, alii*) dictus, *qui* occasione praedicationis suffarcinatus est divitiis et redditibus et factus est ecclesię Carnotensis canonicus et cancellarius, *Iac. de Vitr. l. c., et c. a.* 1209—11. *obiisse videtur; cf. A. Clerval, 'Les écoles de Chartres au moyen-âge', Paris* 1895, *p.* 326 *sqq.* 352 *sqq.* 7) *A.* 1198. *Rigord.* § 120, *p.* 139; *Rog. de Hoveden p.* 76.

num[1] a Domino impetravit, reliquos magistros, ut compendiosas et dulces et utiles *in timore Domini*[2] discipulis facerent lectiones, adhortans. Dyaleticos[a] enim inutilia abicere utiliaque[b] in hac arte monuit reserare. Decretistas quoque de multis inutilibus et lectionem gravantibus concordanciis reprehendit. Theologos autem de longis continuationibus et sophisticis disputationibus redarguit reliquarumque arcium magistros simili modo increpans eos de multis inutilibus correxit atque ad necessaria tractanda et docenda informavit. Hic sacerdos quid egerit his peractis vel quo fine defecerit, igno- 1202.
ratur[3], sapiencioribus, quia de eius transitu nichil memoria dignum perceperunt[c], ex hoc admodum scandalizatis, sed hoc frustra, cum possit multipliciter honeste defendi[d].

48. Igitur Innocentius papa Phylippo[e] iam antea offensus, eo quod in Tuscia existens quoddam patrimonium sancti Petri invaserat[4], ipsum in regem eligere non consensit, sed Ottoni favens ipsum in defensorem[f] 1201. *(Mart. 1)*.
Romane ecclesie collaudavit[5]. Veruntamen[g] procedente tempore videns vires Ottonis ablatas et favore principum admodum concidisse, Philippum vero subiectis Ottonis fautoribus prevaluisse, ipsi deferens, duos cardinales ex

a) Dial. 2. b) -que *om.* 1. c) perceperunt *om.* 1. d) deffendi 2. e) Phil. 2. f) deffensorem 2. g) Verūptn̄ 2.

1) 1. *Cor.* 12, 28. 30. 2) *Ex. gr.* 2. *Par.* 19, 9. *Tob.* 14, 16. *etc.; Prov.* 1, 7: Timor Domini principium sapientiae; 15, 33: Timor Domini disciplina sapientiae. 3) *Multos, et nobilissimos Galliae principes, ad iter sanctum accendens (cf. etiam Reineri Ann. a.* 1198, *SS. XVI, p.* 654; *Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 369*) a.* 1202. *Maio obiit, Robert. Autissiodor., SS. XXVI, p.* 261; *Villehardouin §* 73 *(Bouquet XVIII, p.* 441*); Memoriale fr. Walteri de Coventria, ed. W. Stubbs, Lond.* 1873, *II, p.* 196; *Ann. Stad., SS. XVI, p.* 354; *cf. Ann. Herbipol., ib. p.* 9 *sq. (a.* 1200. *Albr. l. c. p.* 878, *l.* 22; *a.* 1201. *Chron. Laudun., ed. Stechele p.* 61, *Bouquet XVIII, p.* 712*); cf. Gesta episc. Halb., SS. XXIII, p.* 117; *Iac. de Vitr., Hist. occ. c.* 8, *qui Fulconis auctoritatem, cum maximam pecuniam hac occasione congregasset, valde diminutam esse tradit (cf. Chron. Laudun. a.* 1199*).* 4) *Qua de re papa a.* 1196. *imperatori conquestus erat, MG. LL. Constit. I, nr.* 375, *p.* 523; *cf. Rog. de Hoveden, SS. XXVII, p.* 176; *Gesta Innoc. III. c.* 12. 14; *Reg. de neg. imp. nr.* 29, *ed. Baluze I, p.* 700, *cf. p.* 698; *Innoc. III. epist. I, nr.* 25; *A. Hauck, 'Über die Exkommunikation Philipps von Schwaben', in 'Berichte über d. Verhandl. d. K. Sächs. Ges. d. Wiss. zu Leipzig. Phil.-hist. Kl.' LVI,* 1904, *p.* 137 *sqq.* 5) *Reg. de neg. imp. nr.* 32. 33, *quae epistolae a.* 1201. *Mart.* 1. *Laterani datae, d. Iulii* 3. *Coloniae promulgatae sunt, Reg. imp. V,* 1, *nr.* 217 *c.*

1207. latere suo, Hugonem[a] videlicet Hostiensem et Velletrensem episcopum[1] et Leonem tituli Sancte Crucis in Ierusalem presbyterum cardinalem, ad eum direxit[2,*], ut auctoritate apostolica ad litem terminandam data ab utrisque pace ad diem et locum condictum reges convenirent ibique mediantibus cardinalibus aliisque principibus qualicunque condicione pax inter eos reformaretur. Itaque die condicta in inferioribus Reni[b] partibus
(Aug.—Sept.). non procul a Colonia[3] convenientes, post multa passim tractata Ottoni a Phylippo[c] per cardinales offertur, ut accepta in uxorem filia eius[4] cum ducatu Alamannie aliorumque prediorum suorum reditibus, regio nomine deposito, ipsi de cetero ut regi pareret, Philippo exhinc sine controversia regnante. Ad hec Otto, quamvis iam desperatus, indigne ferens aliqua sibi pro regno offerri, se regnum non nisi cum morte depositurum protestatus, Phylippo[c], ut sibi cederet, multo maiora obtulit. Talique ambitione non convenientes, infecto negocio ab utroque discessum** est, cardinalibus ad regem Phylippum[c] se conferentibus eique favorem domni apostolici offerentibus.

1202. 49. Anno dominice incarnationis M°CC°V°[5] dux Veneciarum[6] cum markione de Monteferrato[7] ac multis Italicis necnon et comes Flandrensis[8] plurimique de regione

*) 1 *manu quae videtur Liutoldi in marg. add.:* Non presumitur, quod papa variando factum suum ab Ottone, quem primitus approbavit, recesserit, ut hic innuitur.
**) 1 *alia manu in margine add.:* Philippus rex creatur, *unde* Philippus rex *inter* discessum *et* cardinalibus, *omisso* est, *in textum recepit* 1 *a*.

a) Ottonem 2. b) Rheni 2. c) Phil. 2.

1) *Postea Gregorium IX. papam.* 2) *Reg. de neg. imp. nr.* 141; *cf. Innoc. III. epist. X, nr.* 62 (*a.* 1207. *Maii* 15). 3) *Immo Philippo cum principibus in locis Nordhausen (Aug.* 15*) et Quedlinburg (Sept.) manente cardinales cum Ottone in loco Harlingenburg prope Goslariam frustra tractaverunt, Reg. imp. V,* 1, *nr.* 158 *a.* 159 *a.* 238 *a. b. Quae auctor cum iis, quae a.* 1206. *prope Coloniam inter reges agebantur (Reg. imp. V,* 1, *nr.* 136 *d.* 235 *q), perperam confudit.* 4) *Cf. Ann. Marbac. q. d., ed. Bloch, p.* 77; *Chron. Ursp., SS. XXIII, p.* 370; *Reg. de neg. imp. nr.* 169. 5) *Hoc anno Martinus abbas Parisiensis domum rediit; infra p.* 81, *n.* 4. 6) *Heinricus Dandulus.* 7) *Bonifacio I.* 8) *Balduinus IX.*

Galliarum, Ierosolimitane ecclesie subvenire nitentes, cruce accepta per Greciam iter arripiunt, ubi a Grecis et maxime a Constantinopolitanis multis versuciis et iniuriis irretiti sunt. Unde permoti, profligata circa urbem regiam universa regione belloque cum imperatore habito [1204.] ipsoque cum multis occiso[1] urbem obsessam expugnantes [*(April. 12. et 13).*] irrumpunt in rapinamque efferati nec ecclesiis parcentes auri et argenti aliarumque rerum inestimabiles thesauros diripuerunt, Venecianis cum Pisanis Genuensibusque[a] ac multis de omni Italia[b], Ungaria, Germania, Gallia, Hyspania[c] ad auxilium eorum spe lucri vicissim tendentibus[2]. Itaque multis occiduis regionibus divicie Grecorum invecte sunt, ac precipue ornatus templi, quod Iustinianus imperator in[d] honorem agye Sophie quondam construxit[3], multo auri extans pondere cum reliquiis sanctorum innumerabilium, quibus hec civitas prestabat omni orienti, Veneciam ex maxima parte translatus est, aliis regionibus civitatibusque eisdem reliquiis thesaurisque admodum ditatis. Preterea abbas quidam nomine Martinus Cysterciensis[e] ordinis de monasterio Parisio, quod situm est in Alsacia, eandem expedicionem aggressus huic expugnationi Constantinopoleos interfuit indeque maximam partem vivifice crucis aliarumque reliquiarum dominicarum cum multis sanctorum reliquiis ornatis auro et argento et lapidibus preciosis in patriam transtulit[4] hisque totam Germaniam cum Alsatia ad- [1205.]
. 332. modum nobilitavit. *Sic itaque districtus iudex omnipotens Deus iniurias peregrinorum suorum vindicavit[5], que a Grecis ab antiquo omnibus Ierusalem per fines suos tendentibus semper irrogata est[f], *deus ultionum* [*Ps.* 93, 1. 2.] *Dominus, reddens retributionem superbis,* nec tamen in ira sua misericordie[g] oblitus[6], quia hoc flagellum non a paganis, sed a Christianis super filios pestilencie induxit, hoc nimirum meritis sanctorum exigentibus, ne preclare

a) Gen. *alia manu mut.* ian. 1. b) yt. 2. c) Hisp. 2. d) in *bis* 2. e) Cist. 2. f) *ita* (ē) 1. 2. g) miæ 1.

1) *Postea a.* 1204. *Sept. Alexius V. Murzuphlus captus et necatus est.* 2) *Ad voces cf. supra c.* 36, *p.* 55, *l.* 23 *sq.* 3) *Cf. Otto Fris. Chron. V,* 4, *p.* 233. 4) *Cf. Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 369, *l.* 40 *sqq.; Guntheri Hist. Constantinopol. c.* 19. 22—26, *Canisius, Antiquae lectionis t. V,* 2, *p.* 382—384. 387—393. 5) *Iudith* 16, 20: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis. 6) *Ps.* 76, 10: Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

eorum reliquie manibus paganorum polluerentur, sed a
Christianis alio translate debito colerentur honore. Ita-
que Latini necnon Teutonici pulsis sive occisis Grecis
1204. civitatem regiam obtinentes comitem Bonifacium regem
(Maii 9). creaverunt[1] totamque Greciam devastantes variis preli-
orum eventibus cum Grecis decertaverunt. Sed de hiis[a]
hactenus.

1208. 50. Anno dominice incarnationis M°CC°VIII. Phy-
lippus[b] rex subiectis sibi multis modis pene omnibus
Ottonis[c] fautoribus ipsum postremo persequi deliberat
contractoque valido exercitu contra Brunswic[d] ire dispo-
nens in civitatem Babinbergensem divertit, exercitu iam
in procinctu constituto, ibique flebotomatus aliquandiu
(Iun. 21). quiescere voluit. Itaque Otto palatinus de Witelinsbach[e],
remordente memoria iniurie sibi in ablatione filie a Phy-
lippo[b] rege exhibite — desponsatam enim illi filiam[2]
pretenta consanguinitatis propinquitate[3] negaverat —
tempus oportunum ratus[4] atque instigacione marchionis
de Anedehse[5] animatus in vindictam exarsit sociorum-
que frequencia stipatus, quasi in expedicionem iturus,
Babinberc ad regem Phylippum[b] divertit et, quasi ei in
aurem locuturus, cubile regis familiariter pulsavit, gladio
sub veste latente[6]. Intromissus igitur continuo exerto
gladio regem invasit unoque ictu capite letaliter vul-
neratum occidit, vulnerato etiam Heinrico[f] dapifero de

a) hec *pro* de hiis 2. b) Phil. 2. c) Ottoni 2. d) Bruniswic 2. e) Wintelisbach 2. f) Henr. 2.

1) *Immo Balduinus comes Flandriae imperator d.* 9. *Maii electus, d.* 16. *Maii a.* 1204. *coronatus est, Bonifacio marchioni regno Thessalonicensi cedente.* 2) *Beatricem maiorem, uxorem Ottonis IV. imperatoris, habent Ann. Marbac. q. d. p.* 77 *et 'Kaiserchronik, Bair. Forts.' v.* 331 *sqq.* 352, *MG. Deutsche Chron. I, p.* 401 *sq.; Cunigundem (perperam Constanciam), uxorem Wenceslai I. regis Boemiae, Heinr. Heimburg. a.* 1203, *SS. XVII, p.* 713; *de Beatrice minore, postea regina Castiliae, quam habet Conradus de Fabaria, Contin. Cas. S. Galli c.* 7, *SS. II, p.* 168, *l.* 46, = *c.* 9, *ed. G. Meyer von Knonau, 'Mittheil. zur vaterländ. Gesch. N. F. VII. St. Gallische Geschichtsquellen IV',* 1879, *p.* 152 *sq., vix recte cogitat E. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben', p.* 539; *'Kaiser Otto IV.', p.* 536. 3) *Ottonis palatini proavus Philippi proaviae sororem ex matre in matrimonio habuerat; cf. H. Graf von Walderdorff in 'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XIII, p.* 591 *sqq.* 4) 2. *Mach.* 4, 32; *supra c.* 30, *p.* 42, *l.* 10. 5) *Heinrici marchionis Istriae.* 6) *Cf. Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 370, *l.* 35 *sqq.; Chron. regia Colon. cont. III., p.* 226; *aliter Arnold. Lub. VII,* 12, *SS. XXI, p.* 244; *Reg. de neg. imp. nr.* 152.

Walpurg[a, 1], qui eum comprehensum retinere voluit; sic- 1208.
que cubili erumpens ascenso equo cum sociis secessit[b],
rege statim exspirante[c]. Exercitus igitur audiens regem
occisum[d] veloci regressu repatriavit, sibi rebusque suis
quisque prospiciens. Nam quaqueversum omnes in rapi-
nam efferati civitates ad ius Philippi spectantes pleras-
que rebus direptis succenderunt, monasteriis villisque
undique spoliatis, nullusque sine armis multoque comi-
tatu securo itinere incedere valebat[2]. Occiso igitur
Phylippo[e], anno belli civilis[f] huius XII.[3], Otto regnum,
pro quo diu[g] conflixerat, tandem obtinuit. Sed quia
admodum attenuatus fuerat, paulatim conversis ad se
principibus confortatur. A nativitate itaque sancti Io- *Iun.* 24.
hannis baptiste, quando videlicet occisus est Phylippus[e], *(Iun.* 21*).*
usque ad autumpnum attrahendis sibi regni possessioni-
bus et conciliandis principibus instans, circa festum
sancti Martini curiam apud Frankinfurth[h] habuit[4] ibi- *Nov.* 11.
que[i] lege pacis promulgata regnum turbatum paulisper
tranquillavit. Post hec apud castrum Noricum col- 1209. *(Febr.)*
loquium habens[5] a Bawaria in Alamanniam pervenit
ibique in epiphania[k] Domini apud Augustam colloquium *Ian.* 6.
habens Ottonem palatinum de Witilinsbah[l] necnon
markionem[m] de Anadehse[n] lege Bawarica sententialiter
propter occisum Phylippum[e] proscripsit[6] eosque digni-
tatibus, beneficiis ac prediorum suorum reditibus[o] sine
spe recuperationis iudicialiter privavit, dignitates eorum
in alios transferens aliisque beneficia concedens[7], rediti-

a) Walpurch 2. b) recessit 2. c) expirante 2. d) ociosum *alio atram. corr.* occisum 1. e) Phil. 2. f) civili *(!)* huius 2; huius civilis, -s *alio atram. suppl.* 1. g) diu *om.* 2. h) vranchinuurth 2. i) itaque 1. k) epyphania 2. l) Wintilinsbach 2. m) marchionem 2. n) Anedehse 2. o) beneficiis *iterum add.* 1.

1) *Chron. Ursperg. l. c.; cf. relationem legatorum cardinalium ad papam, Reg. de neg. imp. nr.* 152. 2) *Cf. locos, quos congessit E. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' p.* 473, *n.* 1, *imprimis Honorii cont. Weingart., SS. XXI, p.* 480, *l.* 48—51. 3) *Immo undecimo.* 4) *Cf. H. Bloch, 'Die staufischen Kaiserwahlen und die Entstehung des Kurfürstentums', Leipzig et Berlin* 1911, *p.* 80. 5) *Mense Februario a.* 1209. *post curiam Augustanam, ad quam de inferioribus partibus Rheni accesserat; cf. Reg. imp. V,* 1, *nr.* 251*a* — 260. 266*a.* 267. 6) *Sententiam in curia Francofurtensi latam denuo confirmavit.* 7) *Feoda, quae palatinus et marchio ab imperio tenuerunt, d.* 15. *Nov.* 1208. *Ludewico I. duci Baioariae concessit, Reg. imp. V,* 1, *nr.* 243; *sed postea Augustae marchiam Istriae et Carniolae a duce resignatam Wolfgero patriarchae Aquilegiensi confirmavit; cf. Reg. imp. V,* 1, *nr.* 258*a.* 399 *(*1210. *Maii* 8*); W. Lenel, 'Venezianisch-Istrische Studien',*

bus prediorum heredibus eorum[1] delegatis, captisque ibidem V pacis violatoribus, uno decollato, IIII suspensis[2]. Ubi etiam legatis civitatum Italie ad eum venientibus insignia civitatum cum clavibus aureis et multis aliis donis offerentibus[3] ac per hec subiectionem profitentibus susceptis[4] in Saxoniam perrexit.

1209. 51. Anno dominice incarnationis MºCCºIXº Otto *Mart.* rex generale colloquium in quadragesima habens apud Hagenowe expedicionem in Italiam[a] principibus edixit[b.5] ibique occisum esse Ottonem palatinum de Witilinsbach[c] a marscaldo Heinrico[d] de Kallindin in vindictam Phylippi[e] regis[6] nuncium accepit. Igitur fortuna prosperis successibus arridente, ne principes, qui Phylippo[e] faverant[f], et hii, qui Ottoni prius adherentes demum apostataverant, regem conscientia remordente suspectum haberent, medium quoddam necesse fuit interponi, ne occasione, ut fieri solet, alicuius discordie conflata in pristinum rursus exicium regnum involveretur. Ad hoc 1208. *(Nov.)*. nullum magis ydoneum inveniri potuit, quam ut Otto rex acciperet in matrimonium Phylippi[e] filiam[7], que connexione insolubili concordiam inter regem et principes stabiliret[8]. Et quia hoc sine licentia apostolice auctoritatis fieri non licuit, cognatione *impediente — *p. 333 nam pater Ottonis avunculus[9] fuit Friderici[g] impera- 1209. *(Ian. 16)*. toris, patris Phylippi[e] —, missi sunt[10] a sede apostolica cardinales duo, videlicet Hugo Hostiensis et Velletrensis

a) yt. 2. b) indixit 2. c) Vintilinsbach 2. d) Hainrico 2. e) Phil. 2. f) fu*ant 1, *ubi ante* Phylippo *in marg. alia manu* cum *add.* g) Fridrici 2.

Strassburg 1911, *p.* 174 *sqq.* (*'Schriften der Wissensch. Ges. in Strassb.'* 9). *Palatinatum Baioariae Rapoto II. comes de Ortenburg et Kraiburg accepit.*

1) *Ludewico I. duci Baioariae et Ottoni I. duci Meraniae, fratri Heinrici marchionis.* 2) *Cf. Chron. Ursperg. a.* 1209, *SS. XXIII, p.* 372, *l.* 43 *sq.* 3) *Cf. supra c.* 27, *p.* 39. 4) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. Placent. a.* 1208, *ed. Holder-Egger (SS. r. Germ.), p.* 33; *Chounradi Schir. Ann. a.* 1209, *SS. XVII, p.* 632; *Reg. imp. V,* 1, *nr.* 260. 5) *Quod vix recte in dubium vocavit E. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 485; *cf. Reg. imp. V,* 1, *nr.* 273 *a.* 6) *Apud Oberndorf villam prope Ratisbonam, mense Martio a.* 1209. 7) *Beatricem maiorem, decem fere annos natam.* 8) *Desponsatio iam m. Novembri a.* 1208. *in curia Francofurtensi agi instituta est.* 9) *Fridericus Barbarossa et Heinricus Leo ex fratre et sorore, Heinrico Superbo duce Baioariae et Iudith, liberis Heinrici Nigri ducis, nati erant.* 10) *Vide epistolas apostolicas, d. d.* 16. *Ianuar.* 1209, *Reg. imp. V,* 2, *nr.* 6054—6059; *d. d.* 18. *Ian.* 1209, *ib. nr.* 6060.

episcopus et Leo tituli Sancte Crucis in Ierusalem pres- 1209. byter cardinalis, qui priori[a] anno vivente Phylippo[b] pro eadem causa, ut prelibatum est[1], legatione functi[c] erant, ut necessaria dispensatione conubium hoc, gratia pacis et concordie auctoritate beati Petri ex apostolica conivencia[d] initum[2], ratum et legittimum statuerent idque remoto omni scandalo ecclesia dispensante probabile confirmarent[3]. Qui ad regem venientes[4] eumque apostolica *(Martio).* benedictione salutantes causam legationis sue, ut relatum est, aperiunt eumque libenti animo consencientem ad hoc ad defensionem[e] Romane ecclesie invitaverunt. Itaque ad hec exequenda generalis curia principibus apud Herbipolim indicitur in octava pentecostes[f, 5]. Principes *(Maii 24).* igitur ex diversis regni partibus ad hanc curiam convenerunt, legatique civitatum Italie subiectionem offerentes interfuerunt, Ottonemque regem regali ambitione tota coronata[g] civitate cum maximo tripudio susceperunt, ibique in palacium regale congregati, exstructo tribunali rex consedit[h], cardinales habens collaterales, reliquis principibus circumsedentibus. Itaque Hugo Hostiensis episcopus cardinalis primo exorsus de causa regalis conubii, pro qua convenerant, rationabiliter Latino idiomate[i] allegavit[k], interpretem habens Wirziburgensem episcopum[6], regique Ottoni, ut pro bono pacis et[l] concordie ad abolendam preteritorum malorum memoriam cum filia illustrissimi principis Phylippi[b] matrimonium contraheret, auctoritate Dei et beati Petri per apostolicam obedientiam in remissionem peccatorum suorum precepit. Rege igitur ad hoc devoto animo consenciente, abbas Morimundensis[7] Cisterciensis ordinis surrexit omniumque abbatum aliorumque claustralium utriusque ordinis, Cluniacensis videlicet et Cisterciensis, personam

a) *ita* 1. 2; priore *Urstis.* b) Phil. 2. c) defuncti, de- *del.* 1. d) ꝯuiēcia *alio atram. corr.* ꝯiuēcia 1. e) deffensionem 2. f) pentec̄ 1; penthecostʾ 2. g) *ita* 1 *(cf. supra c.* 40, *p.* 62, *l.* 14*)*; ordinata 2. h) conscendit, *sed* -c- *supra lin. alio atram. add.* 1. i) ydiomate 2. k) alleg- *e corr.* 1. l) et *alio atram. supra lin. suppl.* 1; *om.* 2; *cf. supra l.* 4 *sq.*

1) *C.* 48, *p.* 80. 2) *Cf. supra c.* 48, *p.* 80; *Reg. de neg. imp. nr.* 153. 169. 3) *Reg. de neg. imp. nr.* 178. 181. 182 *(a.* 1209. *Ian.* 18. 16*)*. 4) *Quod m. Martio ineunte factum esse videtur, cf. E. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 485; *supra p.* 84, *n.* 5. 5) *Cf. Arnold. Lub. VII,* 17; *Reg. imp. V,* 1, *nr.* 280 *b.* 6) *Ottonem.* 7) *Morimund (dioc. Langres), cui tunc Heidenricus, prius abbas Walkenriedensis, praeerat; cf. G. Bode, 'UB. der Stadt Goslar' I, p.* 394, *nr.* 381; *Arn. Lub. VII in.*

1209. assumens delictum hoc conubio contra consuetudinem ecclesie quamvis dispensatorie committendum monastico ordini auctoritate apostolica imposuit, regi pro hoc iniungens penitenciam, ut monasteriorum aliarumque ecclesiarum pro posse defensor[a] existeret, viduis et pupillis iusto iudicio preesset monasteriumque Cysterciensis[b] ordinis in fundo proprio edificaret ac post hec ecclesie Hierosolimitane in propria persona subveniret. His omnibus rege obediente, puella iam nubilis[1] a duce Leopaldo Orientali et Ludewico duce Bawarie adducta tribunali sistitur ac de consensu interrogata, verecundata admodum ruboreque perfusa se libenti animo consentire profitetur. Mox a duce Leopaldo[c] cognato suo[2] per manus cardinalium lege Francorum[3] regi Ottoni desponsatur, a quo amantissime amplexata publici signo osculi mutuacioneque[d] anulorum subarratur, tractatisque diversis regni negociis a curia digrediuntur, reginaque Saxoniam perducta apud Bruniswich aliquandiu mansura collocatur[4].

1209. 52. Hisdem diebus Otto rex generalem curiam
Iun. 29. circa festum apostolorum Petri et Pauli[5] apud Augustam Vindelicam celebrans, premissis prius ad apostolicum cardinalibus[6] expedicionem movit in Italiam et per
(Iulio ex. vel Augusto in.) vallem Tridentinam ducens exercitum Veronam pervenit ibique a civibus ponte navibus compacto per Athesim cum toto exercitu transductus favorabiliter excipitur[7]. Dispositis itaque inibi negociis imperii Gardam castellum ab imperatore Heinrico VI.[e] Veronensibus quondam traditum[8] ab ipsis recepit et in eo presidia imperii more

a) deffensor 2. b) Cist. 2. c) -do *om.* 1. d) *ita* 1. 2; mutationeque *Ussermann, Böhmer, Wilmans.* e) VI. *eadem manu eodemque atram. superscr.* 1. 2.

1) *Minime; supra p.* 84, *n.* 7. 2) *Avus Leopaldi Beatricis proavi frater ex matre fuerat; cf. ex. gr. Ottonis Fris. Gesta Frid. I,* 9. 10. *Cf. etiam 'Braunschw. Reimchr.' v.* 6550 *sqq., MG. Deutsche Chron. II, p.* 541. 3) *Cf. MG. LL. Formulae p.* 230 *(et n.* 4*).* 271: solido et denario secundum legem Salicam. 4) *Cf. Arnold. Lub. VII,* 17 *fin.* 5) *Rectius circa medium mensem Iulium. W. 'Braunschw. Reimchr.' v.* 6573: uf sente Iacobes tach *(Iul.* 25*). Cf. Reg. imp. V,* 1, *nr.* 287 *a.* 288 *(Iul.* 24*).* 6) *Post diem* 11. *Iunii a.* 1209. *reverterunt; Reg. imp. V,* 2, *nr.* 9995. 7) *Otto Veronam intrasse non videtur; cf. Reg. imp. V,* 1, *nr.* 291 *g; Gesta Frid. II,* 39, *ed. de Simson p.* 146, *l.* 9 *sqq.* 8) *A.* 1193. *Aug.* 15, *pretio mille marcarum argenti recepto; Stumpf nr.* 4828. 4829; *cf. Böhmer, Acta imperii selecta nr.* 900, *p.* 613 *sq.*

antiquorum posuit. Exin Bononiam[1] copias traiciens 1209. (Sept. c. 1). generalem inibi curiam cum principibus Italie celebravit[2] ac inde Mediolanum[3] perveniens honorifice a civibus suscipitur. Ubi moram faciens negociaque rei publice disponens validum ex omni Ytalia[a] contraxit exercitum[4]; Pyreneumque[b] transiens Tusciam applicuit[5] indeque[c] (Sept.). nuncios ad domnum apostolicum patriarcham Aquilegiensem[6] et episcopum Spirensem cancellarium suum[7] Romam premisit. Qui ex persona regis compositione inperialis consecrationis cum apostolico facta[8] ad regem regrediuntur ipsumque cum universo exercitu ex parte domni apostolici filiali affectu compositionem consecrationis intimantes salutaverunt. Qui mox ad Urbem tendens exercitum castra metari ante portas Urbis fecit[9], (Oct. 2/3). ipseque crastina die dominica ante festum sancti *Micha-
*p. 334. helis[d. 10], que eo anno V. Kalendas Octobris evenit, a Sept. 27. domno papa Innocencio et a Romanis[11] honorifice suscipitur datoque sacramento coram ecclesia[12] se iustum iudicem ac viduarum et orphanorum tutorem necnon ecclesiarum et precipue patrimonii sancti Petri defensorem[e]

a) -a *alio atram. supra expunctum* -e 1; it. 2. b) -que *om.* 1; Pir. 2. c) indeque *om.* 1. d) Michaelis 2. e) deffensorem 2.

1) *Die* 1. *Sept. a.* 1209. in castris in territorio Bononiensi super ripam Reni *diplomata dedit, Reg. imp. V,* 1, *nr.* 299. 300; *cf. Alb. Milioli Lib. de tempor. c.* 207, *SS. XXXI, p.* 456. 2) *Quod in dubium vocat E. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 487; *Reg. imp. V,* 1, *nr.* 298 *d.* 3) *Error. W. Cf. E. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 487 *sq.; Reg. imp. V,* 1, *nr.* 300 *a. Mediolani Otto a.* 1210. *April.* 17—23. *et a.* 1212. *Febr. moratus est, Reg. imp. V,* 1, *nr.* 379 *b* — 384. 463 *a* — 466. 4) *Nugae, quamvis ex parte consentiat Arnold. Lub. VII,* 18. 5) *Ubi Senae per aliquot dies stetit, si Arnoldo Lub. VII,* 18. *credis; sed hoc ad diem* 21. *Oct. a.* 1209. *referendum esse videtur; cf. Reg. imp. V,* 1, *nr.* 300 *d.* 306 *b.* 6) *Wolfgerum, quem inter legatos ponens auctor erravit. Cf. MG. LL. Constit. II, nr.* 33, *p.* 42; *Reg. imp. V,* 1, *nr.* 298. 7) *Conradum III.* 8) *Die* 8. *Sept. papam Viterbii convenerunt, 'Braunschw. Reimchron.' v.* 6597, *MG. Deutsche Chron. II, p.* 541. 9) *In Monte Mario, ubi d.* 4. *Oct. papae et ecclesiae populoque Romano per principes et nobiles securitatem iurare fecit; MG. LL. Constit. II, nr.* 34, *p.* 97; *Reg. imp. V,* 1, *nr.* 301. 10) *Potius dominica post S. Michaelis festum, Octob.* 4. *W. Cf. E. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 496 *sq.; Reg. imp. V,* 1, *nr.* 301 *a.* 11) *Qui armis Teutonicos impetierunt.* 12) *Secundum ordinem hoc iuramentum tunc temporis in ecclesia S. Mariae in Turri praestabatur; A. Diemand, 'Das Ceremoniell der Kaiserkrönungen von Otto I. bis auf Friedrich II.' München* 1894, *p.* 64. 126. *Forma iuramenti, ibidem p.* 126, *cf. p.* 111, *longius recedit.*

1209. (Oct. 4). pro posse existere ab apostolico consecratus coronatur imperatorisque et augusti nomen nonagesimus VI[us] ab Augusto sortitur. Consecrationem[a] igitur desideratam adeptus cum magno tripudio ab Urbe recedens in partes Tuscie divertit[*, 1].

*) 2 *addit:* Hactenus Otto de Sancto Blasio. Et finis Deo gracias. 1482.

a) Consecratōē, *secundum* ‾ *alio atram. suppl.* 1.

1) *Mense Octobri* 1209. *W. Die* 12. *Oct. ad pedem Montis-Flasconis erat, Reg. imp. V,* 1, *nr.* 306. *Mense Decembri ineunte in ducatum Spoletanum profectus est, ib. nr.* 329 *a.*

EX CHRONICA UNIVERSALI TURICENSI SAECULO XIII. EXEUNTE CONSCRIPTA EXCERPTA.

Ad codicem Turicensem C. 33 *(Ottonis Frisingensis C* 3, *Ottonis de S. Blasio* 1*) redeunt*[1] *codices complures, qui Chronicam universalem Turicensem exhibent. Quos inter codices Ottonis Frisingensis et Ottonis de S. Blasio b. m. R. Wilmans posuit, quamquam ipse recte perspexit scriptorem non id egisse, ut auctoris textum integrum transscriberet, sed multis decurtatis vel omissis aliis locis multa addidisse, ex quibus eruditio et cognitio historiarum antiquorum temporum, qualis saeculo XIII. in scholis viguerit, satis clare eluceat. Et re vera totum opus et Ottonis Frisingensis et Ottonis de S. Blasio huc receptum est, sed illud pluribus locis ex aliis libris interpolatum aut mutatum, hoc, Sanblasiani scilicet, multifarie decurtatum aut aliquo modo retractatum*[2].

Haec Chronica Turegi compilata esse locis ad res Turicenses spectantibus hic illic insertis probatur: de sanctis Felice et Regula et Exuperantio a Decio praeside Turegi occisis (infra p. 100*); de ecclesia* imperialis prepositure Thuricensis *a Karolo Magno et monasterio* regalis abbacie *a Ludewico (Germanico) fundatis (infra p.* 103*); de Bertha et Hildegarde Ludewici regis filiis, quarum translationes a.* 1272. *Oct.* 23. *et a.* 1273. *Dec.* 28. *factae commemorantur, et diplomate Ludewici regis monasterio sanctorum Felicis et Regulae dato (infra p.* 106—109*). Quam Chronicam non ante a.* 1285. *et fortasse non post a.* 1287. *conscriptam esse inde*

1) *Infra p.* 93, *n.* 3. 2) *Singulos locos sub signis* 1* *(e cod. Lond. Egerton* 1944, *= infra* 1* *a) et* 3 *(e cod. Vindob.* 540, *= infra* 1***) enotavit R. Wilmans in varia lectione, SS. XX, p.* 305 *sqq.*

patet, quod pontificum Romanorum series eadem manu usque ad Honorium IV, qui sedit a. 1285. *Apr.* 2. — *a.* 1287. *Apr.* 3, *producta est*[1].

Ratio auctoris haec erat: In Petri Comestoris Historia scholastica initium faciens mox Ottonis Frisingensis Chronicam, cuius codicem Turicensem (C 3*) habuit, fundamentum operis posuit, cui plurimis locis mutatae vel decurtatae aliunde, et potissimum ex Orosio, Isidori Originibus (Etymologiis), Annalibus Fuldensibus, Reginonis et Herimanni Contracti Chronicis, Bertholdi Vita Herimanni Contracti*[2], *Legenda Karoli Magni*[3] *et ex ipsa Pseudo-Turpini Historia Karoli Magni*[4], *et maxime ex Martini Oppaviensis Chronica, plurima inseruit*[5], *praecipue in iis, quibus de antiquiorum temporum rebus agitur, partibus. Tum Ottonis de S. Blasio continuationem exscripsit*[6], *et ipsam multis locis mutatam vel decurtatam, cui res annis* 1209—1274, *vel* 1277, *gestas ex Martino Oppaviensi*[7] *et Gilberti qui dicitur Chronico continuato, quod item in codice Turicensi laudato invenit, subiunxit, una tantum notitia Turicensi de Heinrici (VII.) regis contra patrem seditione addita, quae notatu non indigna esse videtur, infra p.* 111.

Chronicam universalem Turicensem in Germania meridiana tritam fuisse codices probant, qui plures exstitisse quam servati esse videntur. Quae etiam viros doctos inde a saeculo XVI. non fugit. Nam P. Pithoeus, qui eam perperam Ottoni de S. Blasio tribuit, in editione Ottonis Frisingensis, Basileae 1569, *in fine ita scribit:* Non dubito facile omnes contempturos ea, quae in quibusdam exemplaribus ex Martyrologiis, Decretis, et Pontificum Vitis Ottonis libris IIII. prioribus interserta sunt a quodam (ut ego quidem suspicor) Ottone Sanblasiano, qui a Con-

1) *In fine Chronici qui Gilberti dicitur, ab initio cum Chronica Turicensi coniuncti:* Honorius IIII. natione Romanus de domo Sabellorum eligitur in Perusio anno Domini M°CC°LXXXIIII° *(perperam* 1274. *SS. XXIV, p.* 139, *n.**).* 2) *Cf. SS. V, p.* 265. *In qua edenda b. m. G. H. Pertz codicem infra* 1** *signatum sub signo* 1*a adhibuit.* 3) *Ed. G. Rauschen, 'Die Legende Karls des Grossen', Leipzig* 1890. 4) *Turpini historia Karoli Magni et Rotholandi ed. F. Castets, Montpellier* 1880. *('Publications de la société pour l'étude des langues romanes' [7]).* 5) *In quibus indagandis a socio nostro W. Levison egregie adiutus sum. Etiam Historiam peregrinorum novit, infra p.* 92, *n.* 11. 6) *Quam Ottoni Frisingensi compilatorem tribuisse patet ex his verbis, quae in codice* 1* *non iam exstant, c.* 20 *(omissis* Nam a maioribus — tumulantur, *supra p.* 26, *l.* 2—17*):* Ut in cronica domni Ottonis Frisingensis poteris reperire. 7) *Quo in codice quodam editionis tertiae (C) usus est, cuius etiam continuationem pontificum (SS. XXII, p.* 442*) habuit.*

radi morte, id est ab anno Christi MCXLVI. appendice brevi admodum Frisingensis Chronicon supplere voluit, usque ad annum MCCLXXIII. *Sed ea, quae Wolfgangus Hunger cancellarius Frisingensis in Annotationibus ad Cuspinianum De caesaribus et imperatoribus Romanis habet*[1]*:* . . . utcumque Ottonis exemplar Chronicorum (nam Aenobarbica desunt) manu in membranis scriptum, quod in Frisingensi Bibliotheca servatur, impressis codicibus consentiat: quia eleganter magis, quam erudite ac emendate id esse exaratum, passim deprehendere potui, *potius ad codicem Monacensem Latinum nr.* 1002, *olim Frisingensem (Ottonis Frisingensis A* 3* *a*[3]*), quam ad codicem infra* 1* *a signatum referenda esse videntur.*

Duae Chronicae universalis Turicensis formae innotuerunt, altera quae initio propius ad Ottonis Frisingensis Chronicam accedit, servata in A 1**, *altera codicum A* 1* *et A* 1* *a. Sed inde ab Ottonis Frisingensis libro II. utriusque formae codices ubique fere ad verbum conveniunt.*

Codices hi sunt:

1*) *Codex Monacensis Lat. nr.* 23597, *membranaceus, in* 4⁰ *(*15 : 22 *cm), saec. XIII. ex. vel XIV. in.*[2]. *In folio paene toto exciso inter folia* 94. *et* 95. *manu saec. XVI. scriptum est:* Matheus Marschalcus[3] de Piberbach Canonicus Aug(ustensis) dominus huius libri; *f.* 64ᵛ. *in margine inferiore manu recentiore:* Regina Püchnerin Andere Puchner in Fürsten-Mooss. *Saec. XIX. medio inter libros domini Regnet praefecti in urbe Landau supra Isaram servabatur*[4]. *Neque vero idem fuisse videtur codex, quem a.* 1820. *Hoheneicher in oppido Partenkirchen inter libros suos exstantem descripsit, quippe quem 'einen prächtigen Codex in gross Folio auf Pergament' nominaverit*[5]. *Multa folia tota aut ex parte excisa sunt, quare textus*

1) *Ioannis Cuspiniani De caesaribus atque imperatoribus Romanis opus insigne . . . una cum Volphgangi Hungeri . . . annotationibus. Basil.* 1561, *col.* 123. *et* 124. *Cf. Hoheneicher, 'Archiv' I, p.* 169. 2) *De quo cf. Catal. cod. manuscriptorum bibl. reg. Monac. IV,* 4, *p.* 79. — *Wilmans in Ottonis Frisingensis Chronica edenda hunc codicem sub C a* 6 *posuit.* 3) *De Pappenheim, ad quem habes litteras Conradi Peutinger datas a.* 1505. *Mart.* 4, *in Peutingeri Sermonibus convivalibus, ed. G. W. Zapf, Augustae Vindel.* 1781, *p.* 63. *Obiit a.* 1541; *cf. F. A. Veith, Bibliotheca Augustana, alphab.* 2 *(Augsburg* 1786*), p.* 84 *sqq.; cf. etiam Th. F. A. Wichert, 'Jacob von Mainz', Königsberg* 1881, *p.* 297 *sqq.* 4) *SS. XX, p.* 304. 5) *'Archiv' I, p.* 170. *Immo istum codicem, 'quem', teste Rogerio Wilmans, SS. XX, p.* 109, *'ille iam diu ante (mortem suam) vendiderat', fortasse infra in codice* 1* *a recognoscere possumus.*

codicis hodie non solum initio, sed etiam alias non semel valde mutilatus ex apographo eius 1**a restituendus est. F.* 1^{r}—3^{v}: [condita est Car]thago, ut quidam volunt, a Calcedone Tirio vel, ut alii dicunt, a filia eius Didone[1], que Eneam post excidium Troie hospitio et lecto dicitur recepisse — Eo tempore Manlius Torquatus consul Romanorum filium suum[2]. *F.* 4^{r}. *prophetarum loci:* Idem infernus[3] subter te — orietur stella ex Iacob et consurget homo de Is[rael][4]. *F.* 4^{v}: Sibilla *(minio).* Iudicii signum — sulphuris amnis[5]. Moyses *(minio), et alia manu, item minio:* Deutronomii XXIX; *tum rursus alia manu:* Suscitabit vobis Dominus prophetam, ipsum sicut me audietis, *superscr.:* prophetam vobis suscitabit Dominus *alio atramento, quo et in linea pergitur:* Prophetam vobis suscitabit — exterminabitur de populo suo[6]. Iacob: Non auferetur — exspectatio gencium[7]. *F.* 5^{r}*:* Incipit (Coronica *nigro atramento suppl.)* Frisingensis *(minio)*[8]. Ego initium miseriarum hominum *etc., ex Orosio I,* 1, 4 *sqq.* — 3, 4, *vocibus interdum ex Ottonis Frisingensis Chronica intermixtis, ad quam f.* 10^{r}. *totum se confert*[9]*:* Ad orientem igitur *etc. (= Ottonis Fris. Chron. I,* 2 *sqq.) — f.* 75^{v}*:* incredibilia videantur. Sed et hec hactenus *(= Ottonis Fris. Chron. VII,* 33, *p.* 366, *l.* 23 *sq.). Inter quaterniones VII. et VIII.*[10] *multa perierunt. F.* 75^{v}—86^{r}. *nulla distinctione facta pergit:* Anno dominice incarnationis $M^{0}C^{0}XL^{0}VI^{0}$ summus pontifex Eugenius *(Otto de S. Blasio c.* 1*)* — cum magno tripudio ab urbe recedit *(c.* 52 *fin.)*[11]*;*

1) *Petrus Comestor, Hist. scholast., lib. III. Regum c.* 3, *Migne, Patrol. Lat. CXCVIII, col.* 1350. 2) *Tum complura perierunt. Sequitur in Hist. scholast. lib. Esther c.* 3, *col.* 1495: virgis caesum securi percussit. 3) *Isai.* 14, 9. 4) *Num.* 24, 17. 5) *Augustinus, De civitate Dei XVIII,* 23. 6) *Deut.* 18, 15. *Act.* 3, 22 *sqq.* 7) *Gen.* 49, 10. 8) *Manu recenti (saec. XVI. ?) in margine superiore adscriptum est:* Nota quod in hac manuscripta cronica plura reperiantur, quam in edita Augustae 1508, ab anno autem 1146 usque ad finem plane alterius est authoris quam Ottonis. *Quam Ottonis Frisingensis editionem nemo vidit. Cf. praefationem meam in Ottonis Frisingensis Chronicam p. LXXXVIII, n.* 3. 9) *Capita non numerantur nec semper libri distinguuntur. Aliunde plurima adduntur.* 10) *F.* 63^{v}. *finiens in verbis Ottonis Fris. Chron. IV,* 11, *p.* 199, *l.* 14 *sq.:* ex calore prunarum et humore *(sic!), et f.* 64^{r}. *incipiens in verbis ib. VI,* 24, *p.* 287, *l.* 21: ergo conditione *etc.* 11) *Inter f.* 80^{v}. *finiens in verbis:* ad bellum procedit *(c.* 20, *p.* 24, *l.* 10*) et f.* 81^{r}. *incipiens in verbo:* asportari *(c.* 38, *p.* 58, *l.* 14*), quae duo folia cohaerentia primum et ultimum quaternionis integri fuerant, non pauca perierunt. In hac parte in* 1* *deperdita bis ad Historiam peregrinorum compilator lec-*

sequuntur f. 86^r — 88^v: Eodem anno accepta corona — et alii prelati circa mille *(SS. XX, p.* 334, *l.* 8 — 337, *l.* 15; *infra p.* 109 — 115*)*[1]. *F.* 89^r — 98^v. *Gilberti qui dicitur Chronicon pontificum et imperatorum*[2], *hic illic compluribus notitiis adscriptis:* Incipit cathalogus sive cronica omnium pontificum et imperatorum Romanorum — aliam duci Saxonie maritavit. Hec sunt acta tempore Gregorii pape decimi. *Sequitur manu, quae paulo diversa esse videtur, Provinciale quod dicitur Tancredi, initio mutilum, f.* 99^r: Rosanensis archiepiscopus nullum habet suffraganeum *etc., finiens in f.* 104^r. *mutilo in verbis:* Explicit provinc[iale quod] excerpsit m[agister. T. de li]bris Roma[ne ecclesie, ubi] hec plen[arie continentur].

Codex 1* *quin, quantum ad Ottonis Frisingensis et Ottonis de S. Blasio Chronicas attinet, ex codice, quem in Ottone de S. Blasio edendo* 1 *signavimus, descriptus vel derivatus sit, dubium non est, cum et ubique textum eodem modo mutatum aut corruptum et non semel notas marginibus codicis* 1 *alia vel aliis manibus adscriptas in textum receptas praebeat*[3]. *Hunc codicem ipse Berolini examinavi et ex parte contuli.*

Ex 1* *descriptus est* 1**a.*

1**a) Codex Londiniensis musei Britannici Egerton nr.* 1944, *membranaceus, in fol. min., foliorum* 124, *saec. XIII. ex. vel XIV. in.*[4], *in duobus columnis scriptus, cui moderno tempore inscriptum est:* Purchased from M. Tross

torem remisit, ut ex ceteris codicibus patet, scil. ad c. 30, *p.* 44, *l.* 1 *(*nuncio*):* ut in Hystoria peregrinorum poteris invenire *(cf. Canisius-Basnage, Thes. monument. III,* 2, 1725, *p.* 502*), et c.* 35 *(*decurrens, *p.* 52, *l.* 23, *omissis:* Ut bene — captivatis, *c.* 36, *p.* 54, *l.* 19*):* De obsidione igitur Accaron a Christianis facta et qualiter capta fuerit, de cetero consule Hystoriam peregrinorum, hoc solum addito, quod capta Accaron rex Anglorum *etc. (quae hodie in Hist. peregr. desunt).*

1) *Perperam Wilmans, SS. XX, p.* 304, *Chronicam hic iam in verbis:* duci Saxoniae maritavit *(p.* 336, *l.* 49; *infra p.* 114, *l.* 27*) finire putavit. — In marg. infer. f.* 88^v. *manu saec. XV. additur:* Finit Cronica Contracti. 2) *Edidit O. Holder-Egger, SS. XXIV, p.* 117 *sqq., ubi hic codex non indicatur.* 3) *Ex. gr. Ottonis Fris. Chron. III,* 21, *p.* 162, *n.* *; *Ottonis de S. Blasio c.* 46. *versus de electoribus (supra p.* 74, *n.* *) *in fine capitis subiuncti sunt. Cf. praeterea* 1**a in locis in* 1* *deperditis: ex. gr. c.* 23, *p.* 35, *n.* * *(de Wicmanno) et n.* ** *(de Heinrico II. rege Angliae); ib. p.* 32, *n.* d: obsessi *pro* oppidani. — *Gilberti quoque qui dicitur Chronicon ex* 1 *in* 1* *transscriptum esse eo probatur, quod ea, quibus id in* 1 *aliis manibus auctum est, in* 1*, *quantum superest (cf.* 1**a), eadem manu eodem quo praecedentia modo scripta inveniuntur.* 4) *De quo cf. Wilmans, SS. XX, p.* 108. 303 *sq., qui eum, necessaria causa non exstante, inter a.* 1285. *et* 1287. *exaratum esse putavit; G. Waitz, 'N. Archiv' IV, p.* 39—41, *ubi perperam saec. XV. assignatur.*

17 Octr. 1863. *F.* 1^{r}: Ex Cronica Orosii et Eusebii hoc excipitur[1]. In principio erat verbum et verbum erat principium, in quo et per quod pater creavit mundum, qui dicitur quatuor modis *etc.*[2]; *f.* 5^{v}: David regnavit annis quadraginta. Eo tempore condita est Carthago, ut quidam volunt *etc.*[3]; *f.* 10^{r}: Incipit Cronica Frisingensis *(minio).* Ego initium miseriarum *etc.*; *f.* 14^{r}: Ad orientem igitur *etc.*; *f.* 95^{v}. *sequitur Otto de S. Blasio eodem, quo supra p.* 92, *modo nulla distinctione facta et f.* 109^{r}. *continuatione subiuncta*[4]; *f.* 111^{v}—119^{r}. *Gilberti qui dicitur Chronicon, finiens:* Hec sunt acta tempore Gregorii pape decimi. *F.* 119^{v}. *vacat.* *F.* 120^{r}—124^{v}: Registrum de Curia Romana, quod vocatur provinciale Tancredi. Isti sunt episcopi sub Romano pontifice, qui non sunt in alterius provincia constituti *(minio).* Hostiensis *etc.* — Zurothoniensis Archiepiscopatus Colosensis, qui dicitur Rado[5], est ultimus et non plures, *et minio:* Tabula suprascripta continet patriarchatus, archiepiscopatus et episcopatus omnium provinciarum totius Christianitatis; *manu multo recentiore atramento rubro in spatio vacuo inter* plures *et* Tabula *adscriptum est:* 1298 in Tegernse, *sed numerus anni* 1298 *ex alio multo post effectus est*[6], *cum teste viro doctissimo Anselmo Desing etiam a.* 1757. *ibidem annus* 1508. *inveniretur*[7].

Codex 1*a *ubique fere cum* 1* *ad unguem convenit, ex quo, cum nondum mutilatus esset, eum descriptum esse ut ponamus, sunt quae suadeant*[8]. *Hunc codicem, apud Wil-*

1) *Cf. Ottonis Fris. Chron. VII,* 11, *p.* 323, *l.* 9 *sqq., quem locum in Chron. univ. Turic. in hunc modum mutatum habes:* Hucusque protracta (pertracta 1**a*) sunt ea, que ex Orosii et Eusebii ac aliorum, qui post ipsos scripserunt, libris posita repperiuntur, et *(om.* 1**a)* sequitur Cronica domini Ottonis Frisingensis. 2) *Quae maximam partem ex Petri Comestoris Hist. scholastica, Genesis c.* 1 *sqq., Migne, Patrol. Lat. CXCVIII, col.* 1055 *sqq., petita sunt.* 3) *Supra p.* 92, *l.* 3. 4) *In cuius fine f.* 111^{r}. *post* mille *manu recentiore add.:* τελὸσ. 5) Rodo *legendum; cf. Ottonis Fris. Chron. I,* 12, *p.* 50 *(et Addenda p.* 493*).* 6) *Numerus* 2 *in loco raso scriptus est.* 7) *In Catalogo codicum Frising. episcopi; cf. 'N. Archiv' IV, p.* 41, *n.* 1; *'Archiv' VII, p.* 118 ('Chronica Frisingensis — 1274'). 8) *Ex. gr. Ottonis Fris. Chron. III,* 11, *p.* 147, *l.* 19: *post* augustus *alia manu alioque atramento in margine add.* Tyberius 1*, augustus Tiberius *in textu* 1**a; III,* 17, *p.* 156, *l.* 29: *inter* dedit *et* Vespesianus *(!)* ergo *alia manu alioque atramento in margine add.* anno Domini LXXII 1*, dedit. Anno ab incarnacione Domini LXXII. Vespesianus ergo 1**a; III,* 24, *p.* 164, *l.* 8: *ad* XXII⁰ *in margine alio atram. add.* secundum Orosium XX⁰III. 1*, XXII⁰ vel secundum Orosium XXIII⁰ 1**a; infra p.* 100, *n.* * *(SS. XX,*

mans in editione Ottonis Frisingensis 13* *(Ca* 3*), Ottonis de S. Blasio* 1* *signatum, diligentissime examinavit et ex parte contulit W. Levison.*

Codex 1*a *esse videtur* Chronicon (Bibliothecae Episcopalis *superscr.*) Frisingeñ. M. S. in membrana, quod quidem non est Ottonis et recentiore scriptura, sed multa imo plurima habet ex Ottone excerpta, *ex quo in editionis operum Ottonis Frisingensis Cuspinianeae exemplari olim a K. H. de Lang possesso manu saec. XVII/XVIII. ad VI,* 20. *locus:* Cecidit in eo prelio — pater patrie est appellatus, *adscriptus est*[1].

Ex 1*a *descriptus est* 1*b[2].

1*b) *Codex Monacensis Lat.* 12352 *(Raitenbuch* 152*), chartaceus, saec. XVI. ineuntis, foliorum* 58[3]. *Olim Conradi Peutinger fuit, cuius manu marginibus plura, sed nullius momenti, adscripta sunt, cum cuius libris a.* 1715. *in collegium societatis Iesu Augustanum delatus est*[4], *postea ad*

p. 191, *l.* 9*):* Et in Soludro castro Ursum cum sociis interemerunt *alia manu alioque atramento in margine* 1*, *in textu* 1*a; *VI,* 34, *p.* 303, *l.* 2—4 *(omissis* de — repperi*):* v̇ *eadem manu eodemque atramento in margine* 1*, Unde v(ersus) Regnat *etc.* 1*a. *Cf. etiam II,* 42, *p.* 116, *l.* 20—24/25: missus — Symonem *et l.* 25: sacerdotem *om. cod. Turic. (C* 3*) et* 1*, *ubi* 1*a, *omissis etiam verbis* magnum ac Romanos initum prudens lector inveniet, *una linea et dimidia vacuis relictis manu saec. XVI. in margine add.:* (Tale aliquid deest) Machabeo missus ob signum fęderis inter ipsum ac Romanos initi. Sic se rem habere prudens lector inveniet *(et litteris minoribus:* ex primo li. Macha.*).*

1) Sic — transigant *(p.* 284, *l.* 4—11*) omisit Chron. univ. Turic. Cf. praefationem meam in Ottonis Fris. Chron. p. LXXXIII. — Fortasse* 1*a *idem codex est, quem a.* 1820. *Hoheneicher (supra p.* 91, *l.* 29—31*) possedit, quippe quem Chronicam universalem Turicensem continuisse constet ('Archiv' I, p.* 170: *'Die VII ersten Bücher des Chronicon, vielfach interpoliert, und bis zur Erwählung Kaiser Rudolphs I. fortgesetzt').* 2) *Ex. gr. Otto de S. Blasio c.* 20, *p.* 25, *l.* 25: profligatis occisione sui *(!)* multorum polluerunt sui *(!)* captivacione, *alia manu* profl. sui mult. poll. *delet. et* sui capt. *mut.* suis captivis 1*a, profligatis occisione sui multorum polluerunt suis captivatione 1*b; *c.* 23, *p.* 33, *l.* 6 *(n.* c*) post* rursus *alia manu add.* se 1*a, rursus se 1*b; *in singulis locis a Wilmans enotatis* 1*b *cum* 1*a *(=* 1* *Wilmans) convenit, ex. gr. SS. XX, p.* 312, *n.* f. g. m. 313, *n.* a. b. d. f. i. p. 315, *n.* d. e. g. h. i. l. m. n. 3) *Cf. Catal. cod. mss. bibl. reg. Monac. IV,* 2 *(*1876*), p.* 68: Conradi Peutingeri Annotationes historiarum et praecipue Caesarum origine Suevorum (ab a. 1146—1274). 4) *Exstat in indice manuscriptorum apud Chr. G. von Murr, 'Journal zur Kunstgeschichte und zur allgemeinen Litteratur' XIII, Nürnberg* 1784, *p.* 314: Historia Caesarum. De Origine Suevorum, *quibuscum fortasse coniungendus est sequens* Liber annotationum.

G. W. Zapf devenit[1], *qui eum a.* 1792. *Oct.* 28. *Canoniae Raitenbuchensi donavit.* 1**b non nisi postremam Chronicae partem, scilicet Ottonem de S. Blasio cum continuatione, continet. F.* 1r: Anno Dominice Incarnationis M⁰C⁰XLVI⁰. Summus Pontifex Eugenius — *f.* 38r: et alii prelati circa mille, *sequente Gilberti qui dicitur Chronico:* Incipit Cathologus *(!)* sive Cronica omnium pontificum et Imperatorum Romanorum — *f.* 58r: aliam Duci Saxoniae maritavit. Hec sunt acta tempore Gregorii pape Decimi.

Hunc codicem a v. d. E. König Monacensi benigne indicatum ipse Berolini evolvi.

1**c) Codex Vindobonensis bibliothecae palatinae nr.* 9017 *(Hist. prof.* 231. 232*) chartaceus, saec. XVI.*[2]. *Qui ex duabus partibus diversis manibus scriptis, solo tegumento coniunctis constat: a) f.* 1—15. Tractatus qui dicitur Flores temporum[3]; *b) f.* 1—16 *(prius sign. Hist. Lat.* 439*) posterior Chronicae universalis Turicensis pars*[4] *in fine mutila, neglegentissime scripta, incipiens:* Anno ab incarnatione Domini MCVI. in nativitatem Domini maximus principum conventus Maguntie factus est *etc. (Ottonis Fris. Chron. VII,* 11 *in.), finiens:* Via itaque per medium exercitum usque ad imperatorem civibus, *et infra lineam ultimam:* patefacta *(Otto de S. Blasio c.* 11, *p.* 12, *l.* 23—24*). Codex* 1**c, quem ipse Berolini evolvi, ab* 1**a alienus*[5], *ad* 1* *vel aliud simile exemplar redire putandus est.*

1***) Codex Vindobonensis bibliothecae palatinae nr.* 540 *(Hist. prof.* 672, *Lat.* 155*), membranaceus saec. XIII.*[6],

1) *Cf. 'Merkwürdigkeiten der Zapfischen Bibliothek', Augsburg* 1787, *I, p.* 289 *sq.; qui id opus a Conrado Peutingero compositum perperam putavit.* 2) *'XVII.' secundum Tabulas codicum manuscript. in bibl. pal. Vindobon. asservatorum VI (*1873*), p.* 2; *J. Chmel, 'Die Handschriften der K. K. Hofbibliothek in Wien' I (*1840*), p.* 697 *sq.; W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 467. — *Wilmans in Ottonis Frisingensis Chronica edenda hunc codicem* 10 *(Ca* 5*) signavit.* 3) = *'Mag. Iordanus de Quedlinburga, Tractatus, quomodo imperium Romanum a Romanis ad Germanos translatum fuerit'.* 4) *F.* 1r. *manu moderna adscriptum est:* Fragment. Chronic. ab anno 1106. usque ad ann. 1158. *Codicem* 1**c ad Chronicam universalem Turicensem, non ad ipsa Ottonis Frisingensis et Ottonis de S. Blasio opera pertinere, ex singulis locis patet, ex. gr. Ottonis Fris. Chron. VII,* 11, *p.* 323, *l.* 9—13: Hucusque protracta (pertracta 1**a*) sunt ea, quae ex Orosii ac Eusebii et aliorum, qui post scripserunt, libris posita reperiuntur, et *(*et *om.* 1**a)* sequitur Cronica domni Ottonis Frisingensis; *Otto de S. Blasio c.* 2, *p.* 4, *l.* 24—30: His diebus — inposuit *om. (cf. SS. XX, p.* 305, *n.* b*).* 5) *Vide in nota praecedente l.* 41. 42. 6) *Quem fusius descripsit J. Chmel, 'Die Handschriften der K. K. Hofbibliothek in Wien' I (*1840*), p.* 550—552;

in fine Chronicae mutilus. Textum Chronicae universalis Turicensis initio ab 1* *eiusque propagine non semel recedentem exhibet, qui praecipue saepius ad ipsa Ottonis Fris. verba libri I. propius accedit omissis non paucis additamentis ceterorum codicum, sed inde a secundo Ottonis libro ubique fere ad verbum cum* 1* *vel* 1**a convenit*[1]. *Codex* 1** *quin Ottonis Frisingensis et Ottonis de S. Blasio Chronicis in codice Turicensi (C* 3*) usus sit, dubium esse non potest*[2]. *In tegumento legitur:* Anno Domini M°CCC°XVIII°[3] in vigilia S. Iohannis bapt. facta est reformatio huius monasterii[4]; *f.* 1^r, *non eadem, quae textum scripsit, manu:* Anno Domini M°CCCCXX° in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli obiit dominus Iohannes dictus Fleming quondam abbas huius monasterii[5]; *sequuntur versus de origine Karthusiensium a.* 1084. *et de pugna Mühldorfensi a.* 1323. *(!), quos habes apud Chmel l. c. F.* 1^v, *in scedula margini superiori allita manu saec. XV.:* Inicium scolastice historie cum quodam excerpto incompleto; *tum textus Chronicae manu saec. XIII.:* In principio erat verbum *etc. — f.* 8^v: Hoc enim fecit Darius occiso Balthasar. Fuerunt tamen reges Assirii, sed non adeo monarchi, tamen potentes — XIIII^{us} rex Latinorum fuit Silvius Porcas, post quem XV^{us} rex Latinorum Silvius Amulius. *F.* 9—12. *vacant*[6]. *F.* 13^r[7]: De rerum temporalium motu *(Otto Fris. Chron. I, prol., p.* 6, *l.* 10 *sq.) etc. — f.* 13^v: invocemus, ut eius suffragio que sibi sunt placita perficere valeamus. *F.* 14^r: Rerum gestarum ab Adam prothoplasto *(ib. I,* 1 *in.) etc. — f.* 159^v: cognacione, *et infra ultimam lineam:* impediente *(Otto de S. Blasio c.* 51, *p.* 84, *l.* 23*). Solo tegumento coniuncta sequuntur f.* 160—174. *manu saec. XVI.:* Des Lanndes

*Tabulae codicum manuscript. in bibl. pal. Vindobon. asservatorum I (*1864*), p.* 91; *'Archiv' X, p.* 477.

1) *Loco supra p.* 94, *n.* 8, *l.* 44—46. *allato in* 1** *verba* vel secundum Orosium XXIII° *omissa sunt.* 2) *Ubique cum iis, quae cod. Turic. peculiaria habet,* 1** *convenit; ea, quae ad Ottonem de S. Blasio p.* 33, *n.* * *et n.* ** *alia manu in margine addita sunt,* 1** *eadem manu adscripta exhibet.* 3) 1418. *legendum; cf. J. Fr. Keiblinger, 'Geschichte des Benedictiner-Stiftes Melk'* I^2, *Wien* 1868, *p.* 487. 4) *Scil. Mellicensis.* 5) *Cf. Ann. Mellic., SS. IX, p.* 517; *Keiblinger l. c. p.* 481. 6) *F.* 9^r. *in margine superiore manu saec. XV.:* Sequitur cronica Ottonis episcopi incompleta. 7) *In margine superiore manu saec. XIV.:* Incipit chronica nova . . .; *manu saec. XV., rubro:* incipit cronica Ottonis episcopi Frisingensis, *et superscr.:* fuit filius sancti Leopoldi.

Osterreich freyhait *(Privilegia Heinrici IV., Friderici II., Rudolfi I., Wenceslai, Karoli IV.)*.

Diversis manibus complura marginibus adscripta sunt, e quibus pauca selecta hic afferimus. Manu cursiva saec. XIII. ex. scripta: f. 126^{r} *(ad Ottonis Fris. Chron. VI,* 31 *fin.):* Sub hoc imperatore C[onrado], anno imperii eius X^{0}, anno vero Domini M^{0}XXXVI^{0} Ůlricus comes de Lenzburg dictus predives instauravit et nobiliter dotavit ecclesiam Beronensem [1], que [2] dicitur Můnster in Ergů Constantien. dyoc., et regalem prepposituram ibi constituit, quod postea successor eius H[einricus] et filius confirmavit anno Domini MXLV. [3]; *manu saec. XIV. ineuntis: de Attila, f.* 90^{r} *(ad IV,* 28 *fin.):* Destruxit etiam cum aliis civitatibus Germanie Basileam in ripa Reni, quam postea Heinricus imperator nacione Bawarus reedificavit [4]; *de Heinrico II. (ad VI,* 27*):* Fecit etiam, quia a fundamentis reedificavit ecclesiam kathedralem Basiliee *(!)* [5], que prius per Attilam Hunnorum regem destructa fuerat, circa annum Domini CCCC^{0}LVI^{0} *(!); f.* 147^{r} *(ad Ottonis de S. Blasio c.* 21, *p.* 29, *l.* 8*):* Nota, hic prima mentio fit de dominis nostris comitibus de Habsburg, qui postea regnum Romanum optinuerunt et adhuc tenent cum ducatu Austrie vel Orientali; *f.* 149^{r} *(ad c.* 24, *p.* 36, *l.* 14 *sq.)*. Nota ducatum Saxonicum collatum dominis comitibus de Anhald, scilicet uni eorum, de quo nati sunt, qui nunc duces Saxonie sunt. Unde et quasi eisdem armis cum illis utuntur et vocant se congnatos duces et comites; *f.* 156^{v} *(ad c.* 41 *fin.):* Hic est Rychardus rex Anglorum, de cuius virtute et probitate multa dicit Gaufredus Anglicus in Poetria novella [6]; *manu cursiva saec. XV.: f.* 127^{v} *(ad Ottonis Fris. Chron. VI,* 33*):* Tunc temporis claruit Adalbero episcopus Wirczpurgensis, fundator Lambacensis monasterii [7], socius beatorum episcoporum Altmanni episcopi Pataviensis [8] et

1) *A.* 1036. *Febr.* 9; *B. Hidber, 'Schweizerisches Urkundenregister' I, nr.* 1304; *'Urkundenbuch des Stifts Beromünster' nr.* 1, *p.* 66 *sqq. (in appendice ad 'Geschichtsfreund. Mitteilungen des Hist. Vereins der V Orte' LVIII sqq.).* 2) que *bis c.* 3) *Stumpf nr.* 2268 *(*1045. *Ian.* 23*).* 4) *Manu saec. XV. add.:* Pasel . . . . . .; *cf. notam sequentem.* 5) *A.* 1018. *vel* 1019. *Oct.* 11., *cf. Hirsch-Bresslau, 'Jahrb. d. Deutschen Reichs unter Heinrich II.' III, p.* 82 *sq.* 6) *Galfridus de Vino-salvo v.* 324 *sqq., Pol. Leyser, Historia poetarum medii aevi, Halae* 1721, *p.* 880 *sqq.* 7) *Qui sedit a.* 1045—1090. *Cf. P. F. Kehr, Regesta Pontificum Romanorum, Germania pontificia auctore A. Brackmann I,* 1 *(*1910*), p.* 209, *qui monasterium Lambacense a.* 1089. *Sept.* 14. *dedicatum esse putat.* 8) *Qui sedit a.* 1065—1091.


Gebardi Salczpurgensis archiepiscopi[1]. Sed[2] monasterium Admontense fundatur ab eodem archiepiscopo Gebardo Saltzpurgensi M⁰LXXIIII⁰ anno[3].

Hunc codicem, cuius variam lectionem ad Ottonem de S. Blasio enotaverunt Muratori et eum secutus Wilmans, qui codicem 3[4] *signavit, examinavit V. Samanek.*

Codex Turicensis 'rubea pelle superductus'[5], *quem Chronicam universalem Turicensem exhibuisse satis patet, cum inter codices modo enumeratos recognosci non possit, hodie latere videtur. De quo in libro Statutorum maioris ecclesiae Turicensis a.* 1346. *incepto (Cod. Turic. bibl. civitatis C* 10*), tit. XXXVII.* De quibusdam gestis Karoli Magni imp. et confessoris, *sic legitur*[6]*:* Felicis recordationis dominus Otto Frisingensis ep. notat in Chronica sua, in qua scribitur de gestis antiquorum . . . usque ad Gregorium IX. *(lege* X.*)* et regem Rudolfum, qui fuit natione de Habsburg. Et inter ceteros de magno sancto Karolo libro V. capitulo XXXI. ita scribit: Anno ab inc. D. 801, ab Urbe vero condita 1552. Karolus fit imperator. Et iste Karolus est fundator eccl. preposituro Thuricensis. Hic 33⁰ regni sui anno cet.; *in iis quae sequuntur, ecclesiis ab imperatore constructis breviter commemoratis, pluribus de fundatione Turicensis ecclesiae bonisque eius agitur.*

Codices hoc modo inter se coniuncti esse videntur:

(Compilator).



1) *Qui sedit a.* 1060—1088. 2) S_3 *c.* 3) *Dedicatum a.* 1074. *Sept.* 29. *Cf. Brackmann l. c. I,* 1, *p.* 89. 4) *Eundem in Ottonis Frisingensis Chronica edenda sub Ca* 7 *posuit.* 5) *Cf. M. Büdinger, 'Von den Anfängen des Schulzwanges', Zürich* 1865, *p.* 44, *qui ex libello quodam a nobis non viso (Hotz, 'Zur Geschichte des Grossmünsterstifts und der Mark Schwamendingen' p.* 325*) haec, quae Felix Frei in Promptuario saec. XVI. in. tradidisse dicitur, attulit:* Quidam varias ecclesias in diversis regionibus praedicto magno Carolo constructas et fundatas in fine Chronice Ottonis Frisingensis superducte rubea pelle subnectit: item ecclesiam imperialis preposituro Thuricensis cet. *(cf. infra p.* 103, *l.* 13*).* 6) *Apud Büdinger l. c.*

Ex codice 1**a a Georgio Heinrico Pertz exscripto complura R. Wilmans in notis ad Ottonis Frisingensis Chronicam edidit*[1] *et partem postremam inde ab a.* 1209. *usque ad a.* 1274, *vel* 1277, *Ottonis de S. Blasio Chronicae subiunxit*[2]*; alia G. Waitz, 'N. Archiv' IV (*1879*), p.* 39—41, *ex eodem codice* 1**a desumpta typis mandavit. Nec nobis Chronica digna, quae integra ederetur, visa est, sed ex maxima mole pauca tantum, et ea potissimum, quae ad res Turicenses spectant, seligentes hic subiunximus, codicem* 1* *secuti, adhibitis, ubi necesse fuit, codicibus* 1**a et* 1**. *Rem orthographicam secundum codicem* 1*, *et eo deficiente secundum* 1**a, moderati sumus.*

Berolini, mense Aprili a. 1912.

ADOLFUS HOFMEISTER.

O. Fr. Chr. III, 43.

. . . . . Victorem etiam cum CCCLX in urbe Troia, que nunc Xanctis dicitur, interemerunt[3]. Inter quos etiam Felix et Regula et Exuperantius per deserta rupium ab eadem legione recedentes veniunt ad villam, que dicitur Clarona, ibique aliquandiu morantes et docentes descenderunt ad regium castrum Turegum, ubi Decius preses, dum[a] eos comprehendisset, afflictos vario genere tormentorum transmisit ad patriam claritatis eterne*. Cum autem hec legio Thebea vocetur, nota hos versus:

Hic si vis breviter cognoscere, que tibi Thebe
Hos dent Thebeos, aurem cordis michi prebe.

Distinctio Thebarum, quia tres dicuntur fuisse[b].

Grecia fert Thebas, Thebanorum genitricem,
Que discordes[c] Ethioclem parit et Polinicem.
Egipto Thebe seu Thebais est bene fortis,
Quondam dum centum fuit inclita predita portis.
Hanc preterfluit hic Nilus, septemplice visus
Gurgite diffundi, quem de se dat Paradisus.

*) Et in Soludro castro Ursum cum sociis interemerunt *alia manu alioque atramento in marg. add.* 1*, *quae in textum recepit* 1**a.*

a) *ita* 1* *(eadem manu superscr.)*; cum 1**a.* b) *minio* 1*. 1**a.* c) *ita* 1*; discordem 1**a.*

1) *Ex gr. SS. XX, p.* 173, *n.* * *(ex Isidori Etym. IX,* 3, 16 *sq.* 12—15. 6—11. 18—20. 25—29; 4, 8—11. 27 *sq.; XVIII,* 1, 1—11; 2, 1. 7 *sq.);* 177, *n.* * *(partim ex Isid. Etym. VIII,* 8*);* 184, *n.* * *(ex Mart. Opp., SS. XXII, p.* 411. 446*);* 191, *n.* *. 2) *SS. XX, p.* 334—337. 3) *Ottonis Fris. Chron. III,* 43, *p.* 177, *l.* 2 *sq. Ea quae sequuntur usque ad p.* 102, *l.* 21. *edidit Wilmans, SS. XX, p.* 191, *n.* *.

Ex hac Thebei sunt hii gens nigra colore
Continuo solis validoque perusta calore.
Cathmus Agenorides Thebas fundavit utrasque,
Fato pulsus ad ignotas terras variasque.
Thebais historia seu[a] fabula sepe vocatur
Aut mulier, que de Thebis venisse notatur.

Iudee castrum Thebe datur, hic generatur
Helyas, qui Thebites exinde vocatur.
Sed castrum Thebe multis Thesbe vocitari,
Helyam quoque Thesbiten hinc credo vocari.

Et ne scriptoris vicio virtus hebetetur[b]
Lectoris, tribus hiis Thebis distinctio detur[c].
Tres, ut in hystoriis lego, dicuntur fore Thebe,
Virgoque sit Thebe, superis pincerna sit Hebe.

Thebeos Egiptus, Thebanos tibi prebet
Grecia, Iudea[d] Thebites mittere debet.

Distinctio seu divisio Gallie[e].

Gallia, mons Appenninus montesque Pireni
Te claudunt, simul occeanus cum litore Reni.
Gallia, si scriptum sequimur veterumque relata,
Diceris esse triplex, bracata, comata, togata.

Gallia Belgica, que multis bracata vocatur,
Urbibus[f] innumeris et famosis decoratur.
Hic est Agripina[g], Methis, Treveris speciosa.
Hic fluit Aulona, Matrona, fluit quoque Mosa.
Hic Ardenna nemus magnum satis atque decorum
A Rheno protenditur ad fines Treverorum.
Et dic, quod Trebeta, quem dira noverca fugavit,
A Babilone sibi Treverim pro sede locavit.
Ista noverca Semiramis armipotens animosa
Bracas invenit, mulier nimis ambiciosa.
Ut puto, Gallia Belgica plus hunc[h] Maximianum[i]
Horrens Amandum sibi preficit ac Heylanum[k].

Gallia Lugdunensis sepe comata vocatur;
Longis namque comis gens istius usa notatur.
Mons Iuris Rodanique fluenta lacusque Lemanni
Et Lygeris claudunt hanc et maris unda Britanni.

a) *ita emendavit Pertz;* hostor[a] se 1*. 1*a; *manu recentiore in marg. add.:* Thebais historia sed fabula 1*a. b) *ita proponit Schmeidler;* hebetur 1*; habetur *alia manu mut.* habeatur 1*a. c) *ita* 1*. 1*a. d) *ita emendavit Schmeidler;* Iudeos 1*. 1*a. e) *minio* 1*. 1*a. f) *ita 'Literar. Centralblatt'* 1869, *col.* 511; Viribus 1*. 1*a. g) *ita* 1*. h) *ita* (hē) 1*; habet 1*a. i) maximiā 1*; maximiānum 1*a. k) *ita* 1*. 1*a *(ubi manu recentiore corr.* Elianum*).*

Hic[a] sunt Lugduni[a], Cabilonis et urbs Eduensis,
Authisiodorensis, Meldensis, Senonensis
Urbsque Nivernensis, Trecensis, Parisiensis,
Andagavensis, Carnotensis, Rothomagensis,
Aurelianis et urbs Nannetis et urbs Venetensis,
Cenomannensis, Sagiensis et urbs Hebroensis.
Irrigat hanc Araris, alio qui nomine Sana
Dicitur, et Rodanus et Secana Parisiana.

Gallia Narbonensis sive togata vocatur
Aut ab aquis Aquitania protendi perhibetur
Inter Verumnam[b] fluvium montesque Pireni
Oblique Ligeris circumdata gurgite leni.
Hic sunt Narbona, Clarusmons urbsque Tholosa,
Lemovicum[c], Bituris et Burdegalis populosa,
Santonis, Engolisma[d], Cadurx Petragoricumque.
Hic[e] Dordona fluens latus hoc[f] perfundit utrumque.
Dicque, quod a Francis dici solet Austria vere.
Neustria, que nova dicitur Austria, si rationi
Credis, vult inter Mosam Ligerim quoque poni.
Sed Burgundia Lugduno coniuncta videtur,
Immo sub tractu Lugduni clausa tenetur.

O. Fr. Chr. III, 43. Nec offendi debet lector, si sanctos martirium fugisse audit, ...
. . . .
. . . .

O. Fr. Chr. V, 32. . . . Ceterum[g] actus eius ac bella, quae gessit, qui scire vult, legat historiam eius et gesta a multis descripta[1].

Placet tamen huic operi inserere sub compendio ecclesias, titulos et monasteria a piissimo ac sanctissimo *Eccli. 45, 1.* Karolo fundata et a primario[h] lapide constructa, *cuius memoria in benedictione est,* cum quibusdam aliis perpaucis.

De innumeris autem ecclesiis, quas ipse gloriosus imperator a primario lapide fundavit, quedam hic sum- *L. Kar. I, 14.* marie perstringuntur. In Saxonia[2] aput Heresburc, idolo Yrmensul destructo, basilica valde formosa et alie quam plures. Item Aniensis monasterii[i] archisterium, ubi Benedictum nomine instituit patrem trecentorum monachorum. Item per totam Gothiam et provinciam Winidorum et Fresonum. Item[3] in

a) *ita* 1*. 1**a*. b) *ita* 1*. 1**a*; *manu rec. in marg. add.* Garumnam 1**a*. c) Lemouic̄ 1*. 1**a*. d) Engolisina 1*. 1**a*. e) h̄ 1*. 1**a*. f) hᶜ 1*. 1**a*. g) *haec in* 1* *hodie non exstant.* h) prim. *om.* 1**. i) mon̄ 1**a*.

1) *Ottonis Fris. Chron. V,* 32, *p.* 257, *l.* 15–19, *de Karolo Magno.* 2) *Cf. Legenda Karoli, ed. G. Rauschen, 'Die Legende Karls des Grossen', Leipzig* 1890, *I, c.* 14. 3) *Id quod sequitur habes Leg. Karoli III, c.* 7, *p.* 73.

Hyspania monasterium sanctorum martirum Facundi et *L. Kar. III, 7.* Primitivi. Item in Aquitania XXIII monasteria secundum ordinem *L. Kar. I, 15.* et numerum alphabeti [a, 1]. Item de opere valde perspicuo eximia *L. Kar. I, 16.* basilica sancte Marie Aquisgrani [2], ubi Romano imperio sedes est regie maiestatis [1], et ibidem basilica sancti Iacobi [3]. Item in Galicia [4] basilica sancti Iacobi, que est aput urbem Biterrensium [b], *L. Kar. III, 5.* et basilica sancti Iacobi aput Tolosam et illam, que est in Gasconia inter urbem, que dicitur Axa, et sanctum Iohannem Fordue [c] via Iacobitana, et ecclesiam sancti Iacobi aput Parisius. Has omnes et plures alias ecclesias prediis, auro, argento, gemmis, quibuslibet ornamentis et reliquiis studuit insignire [5].

Hic etiam felicissimus princeps inter alia virtutis sue opera ecclesiam imperialis prepositure Thuricensis Constantiensis diocesis fundavit, viginti quatuor in ea canonicos, ut inveni in quodam compendio, instituendo, quam largis honoribus et possessionibus ditavit. Villam [6] Rieden prope Albis familiis [d], mancipiis, domibus et [e] iuribus ad eam pertinentibus, et in Hônco preter salicam terram duos mansos et dimidium, in Turego segregata loca cum vineis, molendinis, decimarum limitibus ex imperialibus salice terre curtibus, videlicet in Stadelhoven, Wibechingen, Ôsta, Ilnowa [f], Vellanden, Mure prope Glatse, Hofsteten, Meilanum, Boswile [g]. Lodowicus tamen nepos Karoli [h] fundans monasterium regalis abbacie Thuricensis inter alia villam Vellanden, Mure et Boswile abstulit prepositure et eidem monasterio abbatie donat et contradit, ut in sequentibus patebit.

Erat [7] iste Carolus amplo corpore et robusto, statura procerus, capite rotundo, capillis primo brunus, sed in senectute canicie pulchra, facie leta et rubente, in longitudine ad unum palmum et dimidium, et barba longitudine fere simili, fronte unius pedis, vultu hilaris, naso in mediocritate paulolum excedente, oculis leoninis, grandibus et vegetis, scintillantibus ut carbunculus, superciliis oculorum ad dimidium palmi, visu adeo efferus, quod ipsum

a) alphebeti 1**. b) Biterr. *manu rec. mut.* Biturr. 1*a; Buerrensium *Turp.* c) Sordue *Leg. Karoli III, c.* 5. d) cum fam. *DK.* e) et *erasum* 1*a. f) Illinga *DK.* g) Boswibe *hoc loco* 1*a; Bozwila *DK.* h) Karili 1*a.

1) *Leg. Karoli I, c.* 15. 2) *Leg. Karoli I, c.* 16. 3) *Leg. Karoli III, c.* 5. 4) *Cf. ex. gr. Leg. Karoli III, c.* 1, *p.* 68. 5) *Cf. Leg. Karoli III, c.* 5. 6) *Ea quae sequuntur bona nominantur etiam in indiculo bonorum magni monasterii saec. IX. confecto apud J. Escher et P. Schweizer, 'UB. der Stadt und Landschaft Zürich' I,* 1888, *nr.* 37, *p.* 8 *sqq., imprimis in adulterato saec. XII., p.* 12, *DK. nr.* 280, *MG. Dipl. Karol. I, p.* 416—418 *('DK'); cf. Mühlbacher, 'Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern', ed.* 2, *nr.* 457. 7) *Ea quae sequuntur ex Ottonis Frisingensis Chron. V,* 32, *p.* 257, *Einhardi Vita Karoli c.* 22. 24, *Pseudo-Turpino c.* 20, *p.* 39. *consuta sunt.*

iratum sine pavore vix aliquis poterat intueri, cervice obesa, brachiis et cruribus grossus, humeris amplus, fortis artubus, incessu firmo et virili. Fuit etiam in cibo et potu temperans; cena quottidiana quatuor tantum ferculis utens preter assa, quibus de venatione allatis plurimum delectabatur, super cenam raro plus quam ter solitus bibere, parum panis comedens[a] ad mensam, sed quartam partem arietis aut duas gallinas aut anserem aut spatulam seu scapulam porcinam aut leporem integrum consumere valens. Hec actenus; sed nunc ad historiam revertamur.

O. Fr. Chr. V, 32. Huius virtute regnum Francorum plurimum augmentatum est

. . . .

O. Fr. Chr. VI, 5 fin. . . . . sicut[b] Saxones, qui et ipsi instabiles sed feroces sunt, orien- *Regino a. 868.* tale semper infestabant[1]. Hiis temporibus gens Wulgarorum ferocissima ac bellicosa, relictis ydolis renuntiatisque gentilium superstitionibus, in Christum ex parte maxima credidit et abluta salutari baptismatis unda in religionem transiit Christianam. Hiis etiam diebus Huni Christianitatis fidem assecuntur[2]. In hac parte ratione cuiusdam addicionis quedam repeto supradicta.

Reges[3] Francorum tam presentis quam preteriti temporis a nobilioribus Troiani sanguinis leguntur descendisse. Post mortem enim Iosue dum Hebrei sub iudicibus viverent, Helena uxor Menelai regis, generale totius orbis malum et pernitiosum mortalibus exemplum, ab Alexandro seu Paride filio Priami regis Troianorum rapitur. Qua rapta Greci, coniuratione facta, bellico apparatu per quinquennium preparato, Troiam obsident, que decennali obsidione capitur et deletur. Troia sic destructa, quidam de nobilibus Troianis odio loci et patrie, quidam peioris eventus diffugiendo secesserunt, et Eneas cum XX navibus in Italiam. Duodecim vero milia nobilium, inter quos Anthenor, in Pannoniam seu Ungariam devenerunt, ubi construentes urbem Siccambriam remanserunt usque ad tempora Valentiniani imperatoris, Romanis tributa solventes. Hic Valentinianus ipsos Troianos seu Siccambros appellavit Francos vel a ferocitate vel a nobilitate, vel Franci dicuntur a quodam principe Francone[c],

a) comendens 1**a*. b) *haec in* 1* *hodie non exstant.* c) Fracone 1**a*.

1) *Ottonis Fris. Chron. VI,* 5, *p.* 267, *l.* 27 *sq.* 2) *Cf. additamentum ad Herimanni Chron. a.* 863, *SS. V, p.* 106, *n.* *[1], *quod ex Ann. Alamannicis, SS. I, p.* 50, *'Mittheilungen zur vaterländischen Geschichte (St. Gallen)' XIX, 'N. F.' IX, p.* 250 *(cf. Ann. Sangall. mai., ib. p.* 274, *SS. I, p.* 76*), petitum esse videtur.* 3) *Ea quae sequuntur, quae maxime ad Gesta Francorum redeunt, etsi unde compilator immediate desumpserit, non constat, vix ullius pretii esse paret. Fortasse etiam sua ex frustis hinc inde quaesitis congessit.*

qui inter Danubium et Rhenum consedit[1]. Tandem sub eodem imperatore predicti Troiani seu Franci, viribus et numero et duce Marchomene, qui a quibusdam dicitur Marchomirus, confisi, de Siccambria egressi ad Rheni litora devenerunt, Romanis tributa solvere denegantes, quia iste Marchomenes primus Romanis rebellavit, collum suum viriliter excutiens a tributo. Tandem idem Franci post multa prelia ab ipsis acriter gesta Pharamundum filium Marchomenis in regem elegerunt, qui sibi primus imposuit diadema, et sic paulatim et successive ultra Rhenum progressi, tam ipsi quam sui successores terras Galliarum ingressi quasdam urbes interdum construxerunt, quasdam etiam constructas suis interdum ceperunt usibus subiugare. Isti Pharamundo filius eius Clodio, cui Clodioni Meroveus, non filius, sed affinis Clodionis, cui filius suus Clipericus[a] homo magne vilitatis, cui Cliperico filius suus successit Clodoveus[b], qui a[c] beato Remigio baptizatus primus Francorum regum fuit Christianus. Isti Clodoveo filius Clotarius[d], cui filius suus Clipericus[e], cui Dagobertus[f], cui Clodoveus[g], cui Theodoricus[h], cui Childebertus[i], cui Dagobertus[k], cui Hildericus[l], cui Ansebertus[m], cui Arnoldus, cui successit Arnolfus, qui curie regalis linquens fastigia, factus heremita, ad episcopatum assumptus est Methensem. Isti Arnolfo filius Ansegisi, pater Pipini cognomine Brevis, legitur successisse. Iste Pipinus primus genuit inter aliam prolem Karolum cognomine Marcellum[n]; qui Karolus summe bellicosus, suis thesauris deficientibus, decimas ecclesiis abstulit et ipsas militibus et laicis sibi fidelibus contulit solidando. Iste Karolus genuit secundum Pipinum valde brevem et mire fortem, qui sanctum Othmarum abbatem Sancti Galli legitur multipliciter honorasse[2], quia tunc[3] temporis Francia dicebatur et Francorum[4] *O. Fr. Chr. V, 9.*
erat terminus, quicquid ab Hyspanico mari usque in Ungariam et ab Alpibus in Saxonicum occeanum protendi videbatur. Francorum autem regnum tunc habuit duos nobilissimos ducatus, ab occidente Aquitaniam et ab oriente Bavariam,

a) *superscr.* I. 1*a. b) *superscr.* I. 1*a. c) a *om.* 1**. d) *superscr.* I. 1*a. e) *superscr.* II. 1*a. f) *superscr.* I. 1*a. g) *superscr.* II. 1*a. h) *superscr.* I. 1*a. i) *superscr.* I. 1*a. k) *superscr.* II. 1*a. l) *superscr.* I. 1*a. m) *superscr.* I. 1*a. n) Martellum *intellegendum.*

1) *Cf. Ottonis Fris. Chron. I,* 25, *p.* 57. 2) *Cf. ex. gr. Vita S. Otmari c.* 3, *SS. II, p.* 42; *'Mittheilungen zur vaterländ. Geschichte (St. Gallen)' XII, 'N. F.' II, p.* 99. 3) *Ea quae sequuntur usque ad* insignitur, *p.* 106, *l.* 4, *edidit G. Waitz, 'N. Archiv' IV, p.* 39. 4) *Ottonis Fris. Chron. V,* 9, *p.* 241, *l.* 24.

O. S. Bl. c. 6. et tunc temporis Austria seu marchia Orientalis ducatui Bavarico iure beneficii subiacebat. Que postmodum per Fridericum[a] imperatorem a ducatu Bavarico seiuncta omni[b] iure per se consistens iure et nomine ducatus insignitur[1]. Iste secundus Pipinus genuit Karolum Magnum et Karlomannum et filiam Giselam. Iste Karolus Magnus Francorum rex et Romanorum imperator inter plures filios et filias Ludewicum filium regem Aquitanie reliquit imperii successorem. Iste Ludewicus cognomine Pius ex Irmengarde seu Hiltegarde uxore sua genuit tres filios, Lotharium impium patris oppressorem, Pipinum, Ludewicum. Inter quos imperium primo[c] ita divisit, ut Pipinus Aquitaniam, Ludewicus Bavariam, Lotharius primogenitus post eius obitum Romano imperio presideret. Irmengarde vero mortua, ex alia uxore genuit Karolum cognomine Calvum. Unde ipse Ludewicus Pius postmodum inter quatuor filios sic imperium divisit, ut Lotharius Ytaliam, Ludewicus Germaniam, Saxoniam, Pipinus Aquitaniam, Karolus Franciam et Burgundiam haberet. Isto vero Pio[d] Ludewico et filio Pipino mortuis, *Reg. 842.* de consilio magnatum imperii Karolus accepit occidentalia[e] regna a Britannico occeano usque ad Mosam fluvium, ex qua parte extunc usque nunc nomen Francie remansit, Ludewicus *cf. O. Fr. Chr. V, 35.* orientalia regna, scilicet totam Germaniam, Lotharius primogenitus totam Italiam cum Roma et mediam partem Francie, quam de suo nomine Lotharingiam vocavit. Iste[2] Ludewicus, nepos Karoli Magni, rex Germanie, tres genuit filios, Ludewicum, Karolum et Karlomannum, et Berchtam et Hiltegardem et plures alias filias. Et inter multa que fecit egregia gloriose fundavit et largiflue dotavit, ut in suis dignitatibus ostentatur, monasterium regalis abbatie intra muros Thureg.[f] Constantiensis diocesis, in quo predictas filias, Berchtam scilicet et Hiltegardem, sub religione ordinis sancti Benedicti posuit et prefecit. Tandem ipse anno ab incarnacione Domini DCCCLXXIIII. secundum Frisin-*Reg. a. 876.* gensem[3] vel VI° iuxta Cronicam Reginonis aput Franconefurt palatium diem clausit extremum V. Kl. Sept. sepultusque est in monasterio sancti Nazarii, quod Loroshamg[g] nuncupatur. Fuit autem iste princeps christianissimus, fide catholicus, non solum secularibus,

a) Fidericum *(!), superscr.* I. 1*a. b) oīm 1*a. c) primo *bis* 1**. d) Pio *om.* 1**. e) *ita* 1**; orientalia 1*a. f) Thureḡ. 1*a. g) Larashain *corr.* Lorashain 1**.

1) *A.* 1156; *cf. Otto de S. Blasio c.* 6, *supra p.* 6 *sq.*; *G. Frid. II,* 55. 2) *Ea quae sequuntur usque ad* subnotare, *p.* 108, *l.* 11, *edidit G. Waitz, 'N. Archiv', IV, p.* 39—41. 3) *Ottonis Fris. Chron. VI,* 6.

verum etiam ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus; que religionis, que pacis, que iusticie sunt, ardentissimus executor, ingenio perprudens, consilio providentissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus discrecionis moderamine temperatus, in prelio victoriosissimus, tam armorum quam conviviorum apparatibus studiosior. Cui maxime opus[a] erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem quam auri fulgorem. Aput quem nemo inutilis valuit, in cuius oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus corrumpere potuit. Aput quem nullus per pecuniam ecclesiasticam sive mundanam dignitatem obtinuit, sed magis ecclesiasticam probis moribus et sancta conversacione, mundanam devoto servitio et fidelitate sincera. Filii autem huius regis, *cuius memoria in benedictione est*, regnum paternum sic diviserunt: Karlomannus Bavariam, Pannoniam, Carinthiam, Bohemiam, Moraviam, Ludewicus orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam, Fresiam, Lotharingiam, Karolus vero Alemanniam et quasdam civitates Lotharingie propter vini copiam accepit. *Reg. a.* 876. *Eccli.* 45, 1. *O. Fr. Chr.* *VI*, 6.

Istarum duarum filiarum cineres sacrati cum ossibus de lapideis sarcofagis subterraneis, in quibus distinctim sepulte per annos fere CCCC iacuerant, diligentissime et divisim colliguntur. Sed in sarcofago altari[b] beate Virginis proximiore ossa et cineres illustris Berthe anno Domini M⁰CC⁰LXXII⁰ decimo Kl. Novemb., indicione prima, sub Gregorio papa X⁰, sub Eberhardo episcopo Constantiensi de Waltburch, sub Elizabetha abbatissa Thur. dicta de Wezinkon[c. 1], in altero vero novo sarcofago consimili et quasi contiguo ossa et cineres illustris Hiltegardis reconditi sunt decenter et devote anno Domini M⁰CC⁰LXXIII⁰ quinto Kl. Ianuarii, videlicet festo Innocentum, quod tunc in quartam feriam evenit, indicione predicta, sub papa, episcopo, abbatissa antedictis. 1272. *Oct.* 23. 1272. *Dec.* 28.

Ut[d] autem affectus laudabilis, quem iste serenissimus rex, cuius memoria *ab audicione mala non timebit*, habuit ad monasterium, quod ipse fundavit magnifice mira dote in honorem sanctissimorum martirum Felicis et Regule, quorum corpora in eodem monasterio ab ipso reverenter condita requiescunt, ac ob dilectionem specialem, quam liquido patet habuisse ad illustrissimas filias suas Deo maxime devotas virgines immaculatas, Bertham[e] scilicet et Hiltegardem, quarum corpora, ut *Ps.* 111, 7.

a) opes *rectius Regino*. b) -ri *alia manu mut*. -ris 1**a*. c) *ita* 1**; Werzinkon 1**a*. d) Taudem aff. 1**. e) Berchtam 1**.

1) *A.* 1269—1298. — *De translatione Berthae et Hildegardis cf. J. Escher et P. Schweizer, 'UB. der Stadt und Landschaft Zürich' IV, nr.* 1507, *p.* 221, *ubi dies et menses desunt.*

premisi, in premisso monasterio requiescunt — vita et conversatio ipsarum qualis fuerit, Iesus Christus filius Dei omni tempore ad tumbas earum multipliciter revelat, nam diversi variis languoribus irretiti illic sanitatis recipiunt incrementum — ut igitur tam desiderabilis affectus et vere multipliciter commendandus in abscondito non lateat, sed in auribus hominum et ecclesie sancte noticiam transferatur, scripti munimine suffragante, placuit privilegium, quod invictissimus rex Ludewicus sepedicto monasterio pro sui libertate tradidit et donavit, precedentibus subnotare.

Dipl. Lud. In[1] nomine sancte et individue Trinitatis. Lodowicus divina favente gratia rex. Si de rebus terrenis, quas divina sumus largitate consecuti, ad loca sanctorum ob divinum amorem, regium morem decenter implentes, aliquid conferimus, hoc nobis esse profuturum ad eterne remuneracionis premia capessenda liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium sancte Dei ecclesie nostrorumque scilicet[a] presentium et futurorum industria, qualiter nos pro serenissimi imperatoris avi nostri Karoli et prestantissimi Lodowici augusti domini ac genitoris nostri necnon et nostra sempiterna remuneratione ac pro coniugis prolisque nostre carissime perpetua mercede curtim nostram Thuregum in ducatu Alamannico in pago Turgaugense[b] cum omnibus adiacentiis vel aspicientiis eius seu in diversis functionibus, id est pagellum Urania[c] cum ecclesiis, domibus ceterisque edificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexus et etatis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus, quesitis et inquirendis, teloneo, moneta, cum universis censibus et diversis redibitionibus, insuper etiam forestem nostrum Albis nomine et quicquid in eisdem locis nostri iuris atque possessionis in re est[d] proprietatis et ad nostrum opus instanti tempore pertinere videtur, totum et integrum ad monasterium nostrum tradimus[e], ubi sanctus Felix et sancta Regula martires Christi requiescunt[f], quod[g] situm est in eodem vico Thurego. Quod videlicet eo rationis tenore complacuit nobis agendum, ut deinceps in posterum ibidem omni tempore sanctimonialium nobilium[2] feminarum sub regulari norma degentium vita conversatioque monasterialis monachico cultu instituta celebretur et libentius propter huius loci supplementum a nobis iam predictis martiribus dediti Dei famulatus illic exhibeatur

a) praes. scil. *UB.* b) Durg. *UB.* c) Uroniae *UB.* d) propr. est *UB.* e) *sequ.* quod — Turegum *(infra l.* 33*) UB.* f) corpore quiescunt *UB.* g) quod — Thurego *hoc loco om. UB.*

1) *Diploma, cuius autographum exstat, d. d.* 21. *Iul.* 853, *Böhmer-Mühlbacher, 'Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern', ed.* 2, *nr.* 1407; *J. Escher et P. Schweizer, 'UB. der Stadt und Landschaft Zürich' I, nr.* 68, *p.* 22 *sq., unde variam lectionem sub signo 'UB.' adscripsimus. Locos eos, quibus autographum in Chronica nostra interpolatum est, supra litteris maioribus indicavimus.* 2) *Cf. A. Schulte, 'Der Adel und die deutsche Kirche im Mittelalter', Stuttgart* 1910 *(Stutz, 'Kirchenrechtl. Abhandl.'* 63—64*), p.* 7, *n.* 1.

ac pro nostre debitorumque nostrorum omnium mercedis augmento *Dipl. Lud.* diligentius Domini misericordia et uberius exoretur. Volumus etiam, ut fidelium nostrorum noverit benivolentia, quod paterna pietate commoniti supradictum monasterium cum omni integritate una cum nostra tradicione in locis prefatis dilectissimis[a] filiabus nostris Hiltegardi et Berthe in proprietatem concessimus, ut, quantum Domino permittente valeant[b], in eodem monasterio Domino militantes[c] suoque dominatui subiectam disciplinis regularibus et observantie monasterialis institucione corrigant[d] et nutriant[e] locaque ipsa sibimet concessa, quantum vires suppeditant[f], profectibus et emendacionibus augmentando provehant[g] et emendent[h]. Denique iubentes precipimus, ut nullus iudex publicus nec comes vel quilibet[i] ex iudiciaria potestate in locis prefatis vel in cunctis rebus ad eadem[k] loca respicientibus seu homines tam liberos quam[l] servos, qui illic commanere videntur, distringere aut infestare nec fideiussores tollendos aut ullas redibitiones vel freda aut bannos exigendo aut alicuius iniurie vim ullo unquam tempore inferre presumat. Sed sub nostra defensione et munitatis[m] tuitione cum advocatis ibi constitutis res ille secure per diuturna tempora permaneant. Et ut hec auctoritas donacionis atque confirmacionis nostre firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sancte Dei ecclesie nostrisque presentibus et futuris verius credatur atque diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri impressione signari[n] iussimus[o]. Data XII. Kl. Aug. anno Christo propicio XX. regni domni Lodowici serenissimi regis 853. in orientali Francia, indicione prima. Actum Regensburc civitate, *Iul.* 21. in Dei nomine feliciter; amen.

Circa hec tempora floruit Rabanus monachus, abbas *Mart. Opp.* Vuldensis[1] . . . .

. . . . *O. Fr. Chr. VI,* 9.

. . . . in[p] monasterio Augiensi regalis[2] abbatie ad Romanam ecclesiam immediate pertinentis humatus est[3]. . . .

. . . .

. . . .

. . . . cum[q].[4] magno tripudio ab Urbe recedit. *O. S. Bl. c.* 52.

Eodem[5] anno accepta corona consecracioneque adepta *Mart. Opp., Imp., p.* 471. *SS. XX, p.* 334. pugnam habuit cum Romanis et contra voluntatem domni pape regnum Apulie intravit et totam terram profligavit, auferens regnum 1210.

a) dilectissimae filiae nostrae Hildigardae *UB.* b) valeat, familiam *UB.* c) -s *superscr.* 1**a;* militantem *UB.* d) corrigat *UB.* e) nutriat *UB.* f) suppeditent *UB.* g) provehat *UB.* h) emendet *UB.* i) quislibet *UB.* k) eandem *UB.* l) et *add. UB.* m) *ita etiam UB.; alia manu mut.* inmunitatis 1*a. n) adsignari *UB.* o) *sequ.* Signum (M) domni Hludowici gloriosissimi regis. Comeatus notarius ad vicem Radleici recognovi et ss. *UB.* p) *haec in* 1* *hodie non exstant.* q) *ea, quae sequuntur, in* 1** *hodie non exstant.*

1) *Mart. Oppav., SS. XXII, p.* 462. *Post complura ex Martino, Ann. Fuldensibus a.* 857. 873, *Reginone (ed. Kurze p.* 25 *sq.) compilata redit Chronica ad Ott. Fris. Chron. VI,* 6 *in., p.* 267, *l.* 29. 31 *sqq.:* Anno ab inc. D. DCCC°LXXIIII° Karolus senior, patruus Lodowici, rex occid. Francie, Romam veniens *etc.* 2) *Hoc habes 'N. Archiv' IV, p.* 41. 3) *Ottonis Fris. Chron. VI,* 9, *p.* 271, *l.* 12, *de Karolo III.* 4) *Otto de S. Blasio c.* 52 *fin., supra p.* 88, *l.* 4. 5) *Ea quae sequuntur edidit R. Wilmans, SS. XX, p.* 334—337. *ex* 1**a; Germanice vertit H. Kohl in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', '2. Gesammtausgabe', saec. XII., t. X, p.* 91—101.

1210. Friderico regi Sicilie. Unde papa cum populo Romano permo-
tus Ottonem excommunicacionis anathemate vinculavit.
Mart., Pont., rec. C, p. 438. Tempore huius Innocentii inceperunt duo ordines sollempnes, vide-
licet ordo fratrum Predicatorum et ordo fratrum Minorum. Ordinem
fratrum Predicatorum incepit sanctus Dominicus in Tholosanis parti-
bus, ubi contra hereticos verbo et exemplo predicabat, anno Domini
M°C°XC°VIII°, pontificatus domni Innocentii pape anno VI°. Ordinem
vero fratrum Minorum incepit sanctus Franciscus prope civitatem
Asisiam anno Domini M°CC°VI., pontificatus eiusdem Innocentii anno
XIIII, qui fuit annus conversionis ipsius, a quo post XXIIII annos de-
functus est; qui Franciscus ante conversionem suam vocabatur Iohannes.
ib., Imp., p. 471. Anno Domini M°CC°XIII°[a] communi consensu princi-
1212. pum, Ottone ut dictum est excommunicato, Fridericus II[us] in
regem eligitur. Qui veniens navigio Romam, ab Honorio papa
III° et populo Romano honorifice susceptus, in basilica sancti Petri
1220. sollempniter coronatur[1], imperatorisque augusti nomen no-
1212. nagesimus VII[us] ab Augusto sortitur. Hic veniens in Ale-
manniam contra Ottonem invasorem ecclesie mirifice triumphavit.
ib., Pont., rec. B. C, p. 439. Hic Honorius primo anno sui pontificatus ordinem Predicatorum
1216. confirmavit, beato Dominico natione Hispano eiusdem inventore pro-
curante. Nam Innocentius III.[b] papa, qui durus sibi in hoc fuerat,
visione habita, quoniam beatus Dominicus Lateranensem ecclesiam
cadentem humeris sustentasset, confirmare voluit, sed morte pre-
ventus non potuit. Hic papa Fridericum imperatorem primus
1227. excommunicavit, quia, ut dicitur, sibi post coronacionem
statim rebellavit regnum Apulie auferendo. Hic papa post
multa utilia, que fecit, Decretales compilavit. Quo mortuo
1227. substituitur domnus Hugelinus episcopus Hostiensis, qui in papam
consecratus Gregorius IX.[c] est vocatus.

Gregorius igitur IX. natione Campanus mense Martii die IX.
post festum sancti Gregorii aput Septisolium electus fuit; sedit annis
XIIII. Hic sanctam Elisabeth filiam regis Ungarie, relictam lantgravii
Thuringie, canonizavit[d]. Hic sententiam, quam predecessor suus Ho-
1239. norius contra Fridericum fulminaverat, roborando renovavit[2], quia
dum concilium Rome celebrare[e] nititur et ab imperatore vie per mare
ac terram artantur, duo cardinales et multi prelati abbates et clerici,
1241. maxime per mare ad concilium venientes, per imperatoris fautores
capiuntur. Hic papa per fratrem Raimundum ex pluribus voluminibus
Decretalium unum volumen compilavit, mandans ubique doctoribus
illo uti.

Fridericus II.[f] imperator occupans iam magnam partem patrimonii ecclesie, Gregorium papam in Urbe obsedit. Qui videns pene omnes Romanos esse pecunia corruptos, excepit capita apostolorum et processionem a Laterano usque ad Sanctum Petrum faciens animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes contra impera-

a) M°CC°XVIII° *corr.* M°CC°XIII° 1*. b) III. *superscr.* 1*. 1*a. c) IX. *superscr.* 1*. 1*a. d) canononizavit 1*. e) cel. *om.* 1*a. f) II. *superscr.* 1*; *om.* 1*a.

1) *Hic rectum rerum ordinem, a Martino servatum, auctor turbavit.* 2) *SS. XXII, p.* 471, *l.* 34.

torem cruce signarentur; quod cesar, qui iam se credebat intraturum *Mart. l. c.*
Urbem, audiens longe ab Urbe retrocessit. Deinde Gregorius papa
tantis tribulationibus concussus Rome anno XIIII. mense Augusti 1241.
migravit ad Dominum, beato Dominico prius ab eo canonizato.
Cui successit Celestinus IIII[us] natione Mediolanensis; sedit diebus
XVIII[1]. Cui successit Innocentius IIII[us] natione Ianuensis; sedit 1243—54.
annis XI, mensibus[a] VI.

Fridericus imperator dum in Alemannia[b] negotia
regni tractaret, consensu principum adhibito Heinricum
filium suum regem Alemannie constituit. Ipse vero im- 1220.
p. 335. perator trans*alpinando in Italiam venit; ubi dum moram
faceret, Heinricus rex rebellionem[2] contra patrem nititur
attemptare, coartans civitates regni et precipue circa
Rhenum[3] fidelitatem sibi[c] promittere contra patrem.
Ut autem super hoc certior efficeretur, aliquot pueros
de singulis civitatibus obsides accepit[4]. Cui factioni
solum Thuregum dicitur restitisse[5]. Hiis et aliis multis 1235.
imperator compertis ipsum Heinricum captum in Apuliam du- 1242.
cens squalore carceris suffocavit. *Mart., Imp., p.* 471.

Post hec Fridericus imperator cruce signatus, durante sen-
tentia excommunicacionis, mare transivit, liberans sine magno 1228.
labore sepulchrum Domini crucifixi de manibus incircum-
scisorum[6]. Postquam autem ab Innocentio IIII.[d] papa depositus 1245.
esset ab imperio, principes elegerunt contra ipsum Heinricum[7] lant- 1246.
gravium Turingie, quo post modicum tempus mortuo Willehelmus 1247.
comes Hollandie contra ipsum denuo a principibus eligitur, sed post
breve tempus a Frisonibus occiditur; et sic uterque electus benedic- 1256.
tione caruit imperiali. Hiis temporibus floruit vita et scientia
dominus Hugo cardinalis fratrum Predicatorum ordinis, qui doctor

a) m̅. 1*; menses 1*a. b) alemamia 1*. c) sibi *eadem manu eodemque atramento superscr.* 1*. d) IIII. *superscr.* 1*. 1*a.

1) *Ita (pro* XVII*) Martini codices* 10 *et* 11. 2) *Cf. Mart., p.* 471: Hic Fridericus proprium filium, Heinricum nomine, regem tunc Alamannie, accusatum sibi de rebellione, captum *etc.* 3) in Alsatia *Ann. Marbac. a.* 1235, *ed. H. Bloch p.* 96. 4) *Cf. Ann. Marbac. l. c.; Ann. Wormat. a.* 1233, *SS. XVII, p.* 43; *Gotifredi Viterb. cont. Eberbac. a.* 1235, *SS. XXII, p.* 348 (extorsit maiorum pueros ei dari in signum adiutorii obsides); *Chron. Ebersheim. c.* 43, *SS. XXIII, p.* 453 (optimorum filios sibi dari postulat obsides); *Böhmer-Ficker, Reg. imperii V,* 1, *nr.* 4349*a.* 4364*a.* 4380*a; J. Rohden in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXII, p.* 384, *n.* 3; *P. Reinhold, 'Die Empörung König Heinrichs (VII.) gegen seinen Vater', Leipzig* 1911, *p.* 57. 5) *Quod de Wormatia tradunt Ann. Wormat. et Gotifredi Viterb. cont. Eberbac. Sed non est, cur idem Turegi factum esse negemus, praesertim cum totus locus noster ex alio auctore nobis servato minime pendeat.* 6) maiorem desolacionem Terre Sancte quam consolacionem relinquens, *Mart.* 7) *Nomen ex Gilb. q. d. Chron. cont., SS. XXIV, p.* 138.

eximius doctrina sana[1] et perlucida totam Bibliam postillavit; concor-
Mart., p. 472. dantiarum etiam Biblie primus auctor fuit[2]. Huius Friderici
temporibus in Burgundia a montibus circiter quinque milia hominum
suffocantur. Nam unus maximus mons se dividens ab aliis montibus,
per plura miliaria cuiusdam vallis transiens, ad alios montes accessit,
in valle omnes villas terra et lapidibus operiendo. Tempore etiam
eius in Toleto Hispanie urbe quidam Iudeus comminuendo unam
rupem pro vinea amplianda in medio lapidis invenit concavitatem nul-
lam penitus divisionem habentem neque scissuram et in concavitate
illa repperit unum librum quasi lignea folia habentem, qui liber tribus
linguis[a] scriptus, videlicet Hebraice, Grece et Latine, tantum de lit-
tera habebat, quantum unum psalterium, et loquebatur de triplici mundo
ab Adam usque ad Antichristum, proprietates hominum cuiusque mundi
exprimendo, principium vero tercii mundi posuit in Christo sic: *In
tercio mundo filius Dei nascetur ex virgine Maria et pro salute homi-
num patietur.* Et legens Iudeus, statim cum tota domo sua baptizatus
est[b]. Erat etiam in libro scriptum, quod tempore Ferrandi regis Ca-
stelle debebat liber inveniri. Simile habes in Constantino sexto.
ib., p. 461. Anno cuius primo quedam aurea lamina in Constantinopoli in quodam
sepulchro cum quodam defuncto ibidem iacente inventa est cum hac
scriptura: *Christus nascetur ex virgine Maria, et ego credo in eum.*

ib., p. 472. Anno Domini M°CC°XXXIX. temporibus Friderici imperatoris
gens Tartarorum occupatis orientalibus et crudeliter subiectis, in duo
agmina se dividentes, Ungariam et Poloniam intraverunt, ubi cam-
1241. pestri bello habito multos nobiles et ignobiles tam viros quam
mulieres in ore gladii peremerunt, sic reddentes precipue
Ungariam in solitudinem, ut pre fame valida matres puerorum suorum
carnibus vescerentur et plerique pulvere cuiusdam montis pro farina
uterentur.

ib., Pont., p. 440 sq. Alexander IIII[us] natione Campanus sedit annis VII, et cessavit
1254—61. mensibus[c] III, diebus IIII. Huius tempore Manfredus filius naturalis
quondam Friderici imperatoris gerens se pro pedagogo Cŏnradi ne-
potis Friderici, ipso Cŏnradino non vere mortuo publicato, sibi ipsi
1258. coronam assumpsit, quod factum quia in preiudicium fuit domni pape,
primo excommunicatus, post contra ipsum magnus exercitus sed pa-
rum proficiens mittitur. Quem Manfredum Urbanus IIII.[d] na-
1261—64. tione Gallicus, qui sedit annis III, mense[c] I, diebus III, qui suc-
cessit Alexandro, cum exercitu crucesignatorum fugavit et
comiti Karolo fratri regis Francie regnum Sicilie, ut a Manfredo de-
tentore eius recuperaret, contulit. Cui successit Clemens III.[e]
1265—68. natione Provincialis; sedit annis III, mensibus[c] IX, diebus XXI, et
cessavit annis III, mensibus[c] II, diebus X.

Mart., Imp., p. 472. Anno Domini M°CC°LI° Cŏnradus rex filius Friderici ut mortuo
1252. patre Sicilie regnum suscepit, per mare in Apuliam devenit et ibi
capta Neapoli muros illius funditus destruxit. Sed cum sequenti anno
1254. introitus sui in Apuliam infirmari cepisset, veneno mixto intulit sibi
mortem.

a) lignis *mut.* ligvis 1*. b) est *om.* 1**a*. c) m̃ 1*. d) IIII. *superscr.* 1*. 1**a*. e) III *(sic!) superscr.* 1*. 1**a*.

1) *Ita Martini codices* 8—11. 2) *Martini rec. C.*

Anno Domini M°CC°LX°[a] supradictus Karolus, qui pro recu- 1265.
peratione regni Sicilie per Urbanum papam vocatus fuerat, navigio *Mart., Imp., p. 473.*
venit. Deinde intrans Apuliam, bello campestri habito predictum
Manfredum et regno et vita privavit. 1266.
Anno Domini M°CC° ut prius[1] rex Ungarie pro terris re- 1260.
gem Boemie bello aggreditur, habens in exercitu suo diversarum orien-
talium nationum homines, circa XL milia equitum. Cui rex Boemie
336. cum centum milibus equitum et, ut dicitur, cum VII milibus *equo-
rum ferro coopertorum ad resistendum occurrit. Cumque in confinio
regni ⟨bellum[b]⟩ inchoatum fuisset, ex collisione equorum et armorum
tantus pulvis de terra surrexit, ut media die vix homo hominem cog-
noscere potuisset. Tandem Ungari rege eorum graviter vulnerato
terga vertentes, cum cedentes festinarent effugere, in quodam fluvio
profundissimo, quem transire debuerant, preter alios occisos circa
XIIII milia hominum submersi dicuntur, rege Boemie victoria habita
Ungariam intrante. Rex Ungarie pacem querit, terras, que discordie
causa fuerant, restituit et in futuram[c] amiciciam mediante matri-
monio confirmavit.
Anno Domini M°CC°LXIIII° cometes tam nobilis apparuit,
qualem nullus tunc vivens ante vidit. Ab oriente enim cum magno
fulgore surgens usque ad medium emisperii versus occidentem comam
perlucidam protrahebat et, licet in diversis partibus mundi forte multa
signaverit, hoc tantum pro certo compertum est unum: ut, cum
plus quam per tres menses duraverit, ipso primo apparente papa Ur-
banus cepit infirmari et eadem nocte, qua papa expiravit, et cometes 1264.
disparuit.
Anno Domini M°CC°LXVIII. Cŏnradus olim nepos Friderici 1268.
imperatoris parvipendens domni Clementis III.[d] pape excommuni-
cationem et contra domnum regem Karolum, quem ecclesia regem
Sicilie fecerat, insurgens, ad Teutonicos quos habuit quam plurimis
Lombardis et Tuscis adiunctis, pervenit usque Romam. Ubi cum im-
periali more sollempniter receptus fuisset[e], associato sibi senatore Urbis
domno Heinrico fratre regis Castelle et quam plurimis Romanis contra
regem Karolum Apuliam intravit. Sed post durum campestre bellum
Cŏnradinus[f] cum suis terga vertentibus capitur et a Karolo cum multis
nobilibus decapitatur[2].
Anno Domini M°CC°LXX° Lodowicus rex Francie non per- 1270.
territus pre ceteris laboribus et expensis, quas olim fecerat ultra *Mart., p. 474.*
mare, iterato cum duobus filiis, adiuncto sibi rege Navarre et quam
plurimis prelatis et baronibus, pro recuperatione Terre Sancte iter as-
sumpsit. Verum ad hoc, ut Terram Sanctam facilius recuperaret,
incidit ipsis consilium, ut regnum Thunitii, quod in medio consistens
non parum transfretantibus dabat impedimentum, primitus subicere-
tur Christianorum potestati. Et cum Portum et[3] Carthaginem, que
est prope Thunicium, potenti manu cepissent, infirmitas, que illo anno
maxime circa confinia maris viguit, exercitum nimis involvit; et

a) *ita* 1*. 1*a; 1265. *Mart.* b) *ita ex Mart. supplevi;* prelium *suppl. Pertz.* c) *ita* 1*. 1*a; futurum *rectius Mart.* d) III *(sic!) superscr.* 1*. 1*a. e) fuisset *om.* 1*a. f) Cŏnradinus *mut.* Conradus 1*.

1) *Id est a.* 1260, *ut Mart. habet, cf. supra l.* 1. 2) *Ita Martini codices* 8—11. 3) in Cartagine *vel* ad Cartaginem *Martini codices* 8 *et* 11.

Mart. l. c. primo quidem de regis Francie filiis unum, post legatum domni pape,
deinde ipsum regem Lodowicum cum multis comitibus et baronibus necnon et aliis simplicibus de medio sustulit. Quam feliciter autem predictus rex terminaverit, rex Navarre domno Tusculano per litteras intimavit. Nam in infirmitate sua laudare nomen Domini non cessavit, illam orationem quandoque interserens: *Fac nos, queso*[a], *Domine, prospera mundi huius despicere et nulla eius adversa formidare.* Orabat etiam pro populo[b], quem secum duxerat, dicens: *Esto, Domine, plebi tue sanctificator et custos* etc. Et dum apropinquaret
cf. Ps. 5, 8. ad finem, suspexit in celum dicens: *Introibo in domum tuam, Domine*[c] etc. Et hoc dicto obdormivit in Domino.

1273. Anno[1] Domini M°CC°LXXIII° crastino beati Michahelis Rů-
Gilb. cont. dolfus comes in Habisburc et in Kiburg per principes electores regis Alemannie in curia Frankinvurt[d] sollempniter celebrata in regem Alemannie concorditer est electus. Quem absentem et, quid de se inter principes ageretur, penitus ignorantem idem principes per burgravium de Nůrinberge[e] ad se cum suis literis electionem expressam de ipso factam continentibus vocaverunt et venientem ac magnifice prout decuit susceptum ad regimen regni in Frankinvurt[f] concorditer et sollempniter extulerunt. Qui de consilio principum in festo beati Luce inmediate sequenti in ipsorum presentia et infinite multitudinis prelatorum, nobilium ac aliorum hominum Theutonie, qui ad consecracionem eius de ultimis finibus Theutonie confluxerunt, Aquisgrani est cum illustri domna regina uxore sua, filia comitis Burchardi de Hohinberc[g] in Suevia, in regem Romanorum sollempniter consecratus. In qua curia statim unam de filiabus suis Ludewico palatino Rheni, aliam duci Saxonie maritavit.

ib. Anno Domini M°CC°LXXIIII° circa festum apostolorum Phi-
1274. lippi et Iacobi domnus Gregorius X^us, natione Lombardus de civitate Placentia[2], spiritu Dei plenus celebravit Lugduni concilium generale, in quo Grecos ad obedientiam ecclesie Romane recepit; et ad[2]
Mart. cont. unitatem ecclesie redire promittentes Spiritum sanctum confessi sunt a Patre et Filio procedere, simbolum in concilio sollempniter decantando. Hic cum archidiaconus esset Leodiensis et devocionis causa ultra mare iter arripuisset, ibidem existens, in palatio Viterbiensi
1271. anno Domini M°CC°LXXII° in *papam a cardinalibus est electus. *p. 337.

Gilb. cont. Hic novas constitutiones edidit, inter quas unam saluberrimam de festina summi pontificis electione condidit, per quam cardinales[h] strictissime cogebantur subito viduate ecclesie Romane providere. Quam sanctam constitutionem revocavit cum magno scandalo Iohannes papa
1276. XXI^us in consistorio Viterbiensi, anno Domini M°CC°LXXVI°, VIII° Idus Octobris[i]. Unde, ut creditur, ultio divina secundo anno sui papatus, trabe de suo solario Viterbii super eum ruente et obruente,

a) q̄s 1*. b) etiam ppl'o 1*. c) do 1*: *om.* 1*a. d) *ita* 1*; Franckinwurt 1*a. e) *ita* 1*; Nůrinberg 1*a. f) *ita* 1*; Frankinwurt 1*a. g) hoh̃mberc 1*a. h) carnales 1*. i) Octob24 1*.

1) *Ea quae sequuntur ex Gilberti q. d. continuatione, quae in codice Turicensi hic adhibito autographa exstat (cf. praefationem in Ottonis Fris. Chronicam p. LXXII, n. 4), desumpta sunt, SS. XXIV, p.* 138. 2) *Ex Martini editionis tertiae continuatione, SS. XXII, p.* 442.

tulit miserabiliter de hac vita, et sic, qui revocando tam utilem toti 1277. Gilb. cont.
ecclesie constitutionem ipsam scandalizavit, cum tocius ecclesie scan- Mart. cont.
dalo est defunctus[1]. Huic etiam concilio Tartari affuerunt, qui 1274.
baptizati ad propria redierunt. Hic etiam Gregorius crucem ad Gilb. cont.
subsidium Terre Sancte per totum mundum predicari precepit. Deci-
mas omnium ecclesiarum colligi iussit ad auxilium dicte terre. Omnes
mendicantes ordines seu religiones abolevit, exceptis nominatim fra-
tribus Predicatoribus et Minoribus, quos idem concilium universali ec-
clesie utiles iudicavit. Hic papa mire experientie in secularibus Mart. cont.
non intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum elemosinis. Huic
etiam concilio interfuit Romanorum rex Rodolfus[2]. Nume-
rus autem prelatorum, qui fuerunt in concilio, fuit quingenti episcopi
et sexaginta abbates et alii prelati circa mille[a].

a) τελὸσ *manu rec. add.* 1*a.

1) *A.* 1277. *Maii* 20. 2) *In hunc modum fortasse auctor corrupit illud Martini continuati, SS. XXII, p.* 442, *l.* 37—39: Huius tempore rex Romanorum et rex Francorum . . . cruce signati sunt.

ADDENDA.

P. 9, *n.* i, *l.* 37. *lege 'l.* 19.' *pro 'l.* 24'.

P. 18, *l.* 28—29: *Cf. ex. gr. Hegesipp. Bell. Iud. III,* 9: urgebat Vespasianus iaculis, urgebat sagittis, missilibus quoque plurimi Iudaeorum ultra muros progressi destinata feriendi arte vulnerabantur.

P. 27, *n.* 6: *Hartmannus occurrit etiam, monente v. d. Schubert, Ulmae d.* 8. *Mart. a.* 1166, *Stumpf nr.* 4066 *(cf. nr.* 4067*), Herbipoli d.* 28. *Iun. a.* 1168, *Stumpf nr.* 4094, *et saepius usque ad d.* 18. *Aug. a.* 1178, *Viennae, Stumpf nr.* 4263. *Cf. I. Ficker, 'SB. der Wiener Akad. der Wissensch., phil.-hist. Cl.' XL, p.* 499.

P. 29, *n.* 1: *Cf. etiam K. Hampe, 'Histor. Zeitschrift' CIX (*1912*), p.* 77, *n.* 1.

P. 33, *n.* 5: *Cf. iam K. Hampe, 'Histor. Zeitschrift' CIX (*1912*), imprimis p.* 65 *sqq.*

P. 47, *l.* 25: *Cf. ex. gr. Nithard. I,* 1 *fin.:* quae nec Romana potentia domare valuit.

P. 51, *n.* 2: *Cf. etiam Fr. Tournebize, 'Histoire politique et religieuse de l'Arménie' I. Paris, Picard, sine anno (*1910?*), p.* 184 *sqq.* 272.

P. 55, *l.* 6: *De Anglorum fide inde a saeculo XII. etiam Francogallis suspecta cf. Ch.-V. Langlois in 'Revue historique' LII (*1893*), p.* 310, *n.* 5. *et p.* 313 *sq.*

P. 59, *n.* 3. *adde: De Marquardo postremus egit H. Schreibmüller, 'Pfälzer Reichsministerialen', Kaiserslautern* 1911, *p.* 33—35.

P. 108, *n.* 2. *adde: Cf. 'Chronik der Stadt Zürich', ed. I. Dierauer, 'Quellen zur Schweizer Geschichte' XVIII, p.* 24, *quem locum nobiscum communicavit H. Nabholz Turicensis.*

P. 109, *l.* 6 (et Berthe): *Hanc interpolationem, cum priores desint, etiam veteres translationes huius diplomatis Germanicae teste H. Nabholz Turicensi praebent, quarum vetustissima in libro qui dicitur 'Hering'sches Urbar' saec. XV. prioris exstat; eandem habes in apographo bibliothecae civitatis Turicensis 'Manuskripte' K. Apographa Latina, eodem testante viro humanissimo, textum genuinum, non interpolatum exhibent.*

INDEX NOMINUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

C. Ka-.

D.

E.

F. V. Germ.

Fridericus, Fridricus.

G.

U.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

k- *v.* **c-.**

DD
3
.M82
v.47
Otto von
Ottonis